

76

Bibl. Tscham.

471

R

BIBL. TSCHAM.

471

471

Qui possessorum uigil
plus dē agit quam
proficit.

Quare

Sinon habes ad
Miseres,

Quare
jura

Pinguianum est

109. P. III. 98

franciscus caroli
clē p. dsk. l. s.

Constat. Bohemias

Constat. Bohemiae

L. 105

Exempel
Sinon habes,
Miser es,
Singvia non est.
Die Mercurij.

Somnorum Conditor,
suis benigno munere,
et salutis corporis
Hoc carnisus solis iubat.

2. Da sanitatem mentibus
Et nube densas ciuium
Nostris terribus pectoris,
Clementiae o sol discede.

3. Ut literas docti bonas
Pisci culti moribus,
In laude nominis tui
Festans Lamen.

Vota & preces Regis & Propheta Davidis pro illuminatione mentis & patefactione misteriorum salutis.

Ex Psalmo CXIX.

vers. 10. Domine, ne errare sinas me à mandatis tuis.



v. 12. 26. 64. 68. 124. Doce me justificationes tuas.

v. 18. Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

v. 27. Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

v. 33. Doce me Domine viam justificationū tuarum.

v. 66.



v. 66. Bonum intellectum
& scientiam doce me; quia
mandatis tuis credidi.

v. 73. Da mihi intellectum,
ut discam mandata tua.

v. 125. Servus tuus sum
ego, da mihi intellectum, ut
sciam testimonia tua.

v. 135. Faciem tuam illumi-
na super servum tuū, & do-
ce me justificationes tuas.

v. 144. Justitia sunt testi-
monia tua in æternum, in-
tellectum da mihi, & vi-
vam.

v. 169. Secundum eloqui-
um tuum da mihi intelle-
ctum. *Ao* *Augu-*

all navicantes te Duce,
Vite fluentis lusipam,
Portu recepti patris,
Te fruamur perpetim
(Intremus in Portum Poli)
Et te fruamur perpetim
s. DEOPATRISHGLO
R.F.L. &c.

Plus tunc fruamur uixim
miseris

Locorum Theolo-
gicorum.

COMPEN- DIUM.

*Per quæstiones necessarias
Et Aphorismos succinctos.*

Doctrinæ Christianæ
brevem theoriam &
praxim monstrans.

Pro Scholis Vratislavi-
ensibus concinnatum,
Addita sunt in fine Sym-
bola primitivæ Ecclesiæ,
et item Augustana Confessio.
Hildegardis

BRESLÆ, Typis Baumanianis.

der
Gnadenkirche

* in Teschen O/S.

Quia semel est imbuta fide, servabit
amorem

Illius illasum, prima juventa dix.
Una & vera fides, cunus norma unica
Verbum,

- In qua sat fides per fidemque nihil.
Hac dum spreta jacer, non est mirabi-
le mundo

Si jam tot fidibus luditur una fides..
Pasce fidem verbo, Deus, & tua pabu-
la serva,

Ne sit perfidia plus, fideique minus.

M, Daniel Hermannus.



ZACHARIAS HERMANNUS

S.S.Theologiæ Doctor, Ec-
clesiarum & Scholarum Vra-
tislaviensium Inspe-
ctor, &c.

PIÆ JUVENTUTI.

Omnis bonum, judi-
cio bonorum , est
communicativum.

*Ipse DĒUS summum illud
bonum, bonitatis sua rivu-
los mediante secrā Scripturā
longè lateq; diffundit , ex*

A 2 qui-

quib⁹ succum hanriunt, qui
languores sentiunt, ne in a-
stu doloris deficiant; sed Spi-
ritus sancti auxilio erecti,
DEO laudem, ejusq; verbo
vim efficaciam tribuant,
cum Paulo gentium Doclo-
re, qui DEI verbum ad sa-
lutem omni credenti suffice-
re, testimonium ipfi per hi-
bente experientiā & con-
scientiā, affirmat.

Ex hoc ipso salutis fonte
limpidissimo, praeceptā pie-
tatis

tatis, quæ hic exhibemus,
derivata sunt, non quod de-
sint bonorum autorum scri-
pta methodica, tanquam sa-
pientiae canales, ex quibus
etiam nostra hac institutio,
DEO ducente fluit: Sed
quod studiorum Patroni in
hac Republicâ bonum hoc
esse Compendium judicave-
rint, ideoq; communicat, io-
ne E*st* introduc*tio* ne dignū.

Gusta nunc E*st* vide pia
Juuentus, quam suavis sit

A 3 cœle-

celestis illa scaturigo, ixarotas
Et sufficientia, qua tui desi-
derio uberrimum gratias
fontem tibi indulget, dum
per praeceptorum rivulos,
tibi verbi mysterium pan-
dit, fidei abyssum, Et dulce
illud ac suave in vita refri-
gerium.

Hauri nunc plenâ manu,
mente cupidâ, appetitu sal-
vifico. Utere fruere com-
muni bono, Et benè precare,
tibi optimè cupientibus.

Do-

Donec Profunditatem di-
vitiarum & sapientiae in
cælo nobiscum intuearis, que
patebit omnibus, salutis au-
torem avidè expectantibus.
Ibi DEUS erit omnia in
omnibus, eundem sine insti-
tutione agnoscemus & vi-
debimus, sine defatigatione
amabiimus, ejusque conspectu
sine fine & fastidio sa-
tiabimur.



(o) **(o)**
Prima Deum cura est
agnoscere, proxima fesse;
Utrumq; in nobis gra-
tia sola DEI est.
Efficit hanc verbo, quod qui
legit, ille salutis
Pondus habet, quia sic
seqz, Deumq; videt.
Ex verbo sumta, haec pre-
stant praecepta, Juven-
tus,
Notitiamq; DEI, no-
titiamq; tui.

(o) **(o)**

DE

K(O)K

K(O)K

De Compendio Theologico.

Ad

Studioſam Juveniūem.

Pondere non cedunt magnis
Compendia libris.

Et toto majus nobile prin-
cipium est.

En tibi principium surgit jam
nobile pubes,

Et docet hic paucis, ponde-
ra magna, LIBER.

Ogratis tantos animis agnosce
labores

Et dic: conservent hos mi-
hi fata DUCES.

f.

Thomas Sagittarius, Pbil.

Φ. j. u. D. Gymnasique &
Scholar. Vratisl. Rect. &
Inspectoꝝ.

A 5

Vota

Vota & preces Regis & Propheta Davidis pro illuminatione mentis & patefactione mysteriorum salutis.

Ex Psalmo C.XIX.

vers. 10. Domine, ne errare sinas me à mandatis tuis.

v. 12. 26. 64. 68. 124. Doce me justificationes tuas.

v. 18. Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

v. 27. Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

v. 33. Doce me Domine viam justificationū tuarum.

v. 66.

v. 66. Bonum intellectum
& scientiam doce me; quia
mandatis tuis credidi.

v. 73. Da mihi intellectum,
ut discam mandata tua.

v. 125. Servus tuus sum
ego, da mihi intellectum, ut
sciam testimonia tua.

v. 135. Faciem tuam illumi-
na super servum tuū, & do-
ce me justificationes tuas.

v. 144. Justitia sunt testi-
monia tua in æternum, in-
tellectum da mihi, & vi-
vam.

v. 169. Secundūm eloqui-
um tuum da mihi intelle-
ctum. *A 6 Augu-*

Augustini Oratio, ex libris
Confessionum.

DO M I N E. D E U S
meus, intende orationi
meæ, Et misericordia exau-
diat desiderium meum. Sint
castæ delitiae meæ scripturæ
tuaæ, nec fallar in eis, nec fal-
lam ex eis, Domine attende
Et miserere mei. D O M I-
N E D E U S mens, lux cæco-
rum, Et virtus infirmo-
rum, statimq; lux videnti-
um Et virtus fortium, at-
tende animam meam, Et
audi

audi clamantem de profun-
do. Nam nisi adfint E in
profundo anres tua , quo
ibimus ? quo clamabimus ?
tuus est dies, E tua est nox :
ad nutum tuum momenta
transvolant. Largire in-
de spacium meditationibus
nostris, in abdita legis tua,
neque adversus pulsantes
claudas eam ; neque
enim frustra scribi voluisti,
tot paginarum opaca se-
creta. Vide Pater, aspice
E.



Et vide et approba, et placeat in conspectu misericordiae tuae, invenire me gratiam ante te, ut aperiantur, pulsanti mihi, interiora sermonum tuorum. Obsecro per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, per eum te obsecro, qui sedet ad dexteram tuam, et interpellat pronobis, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi; ipsum quero in libris tuis;

Moy-

M(o)† **M**(o)†
Moyses de illo scripsit, hoc i-
pse ait, hoc veritas ait, Amē.

Alia ex Fulgentio.

Omnipotens æterne Deus,
cujus est, quicquid in
nobis boni est, à te petimus
doceri multò plura, qua ne-
scimus, à quo accepimus
paucā quæ scimus. Tu, quæ-
cumq; salubriter scienda ne-
scimus, doce nos; in his, quæ
vera novimus, custodi nos;
in quibus ut homines falli-
mur, corrige nos: in quibus
veris

(o)¶ **(c)¶**

veris titubamus confirmans,
nos, à falsis & noxiis eripe
nos, ut in cogitationibus ac
sermonibus nostris, quod sa-
lubriter donas, invenias, &
ea facias de ore nostro pro-
cedere, qua sint coram te
principaliter grata, & sic
fiant fidelibus cunctis ac-
cepta, Amen.



Lo-

❧(o)❧ ❧(o)❧

LOCORUM THEO-
LOGICORUM
SERIES.

Locus I.

De sacrâ Scriptura.

II.

De DEO.

III.

De Persona & offi-
cio Christi.

IV.

De creatione & An-
gelis.

V.

De providentia.

De

VI.

De Electione & Re-
probatione.

VII.

De imagine Dei.

VIII.

De peccato.

IX.

De libero arbitrio.

X.

De lege Dei.

XI.

De Evangelio.

De

XXX(0)XX

XXX(C)XX

XII.

De Pœnitentia &
Confessione.

XIII.

De Justificatione.

XIV.

De bonis Operibus.

XV.

Deprecatione sive
invocatione reli-
giosa.

XVI.

De Sacramentis.

XVII.

De Baptismo.

De

¶(o)¶ **¶(o)¶**

XVIII.

De sacra Cœna.

XIX.

De Ecclesia.

XX.

**De ministerio & re-
gimine Ecclesia-
stico.**

XXI.

De ordine Politico.


XXII.

De Conjugio.

XXIII.

**De statu hominis
post hanc vitam.**

LO:



LOCUS I.

DE SACRA SCRIP- PTURA.

I.

Quid est Scriptura?

Est verbum Dei impul-
su Spiritus sancti, à
Prophetis & Apostolis
consignatum, instruens nos
de DÉO, ejusq; operibus &
voluntate, ad æternam sa-
lutem.

II.

*Quis est autor Scripturæ
sacra?*

Prin-

Principalis autor est Spiritus sanctus; Omnis scriptura divinitus inspirata, 2. Tim. 3. v. 16.

Ministerialis, Prophetæ & Apostoli. Spiritu sancto impulsi locuti sunt sancti DEI homines, 2. Petr. v. 21.

III.

Quot modis dividitur sacra scriptura?

Quatuor potissimum.

1. à temporis circumstantia.

In Vetus & Novum Testamentum.

2. à genere doctrina.

In

In Legem & Evangelium.

3. ab autoribus.

**In scripta Prophetarum
& Apostolorum.**

4. ab autoritate.


**In Scripta Canonica, quo-
rum autores cogniti, & au-
toritas in Ecclesia indubita-
ta semper fuit & recepta.**

**Et Ecclesiastica sive Apo-
crypha, quorum vel autores
incerti, in primis verè de au-
toritate in Ecclesia semper
dubitatum.**

IV.

**Quinam sunt libri Canonici
veteris Testamenti?**

Ge-



Genesis, habens capita.	50.
Exodus.	40.
Leviticus,	27.
Numeri.	36.
Deuteronomium.	34.
Lieber Josux.	24.
Liber Judicium.	21.
Ruth,	4.
Liber I. Samuelts.	31.
Liber II. Samuelis.	24.
Liber I Regum.	22.
Liber II. Regum.	25.
Liber I. Paralipo μέτων.	29.
Liber II. Paralipo μέτων.	36.
Liber I. Esdræ.	10.
Liber II. Esdræ.	13.
Esther.	10.
Job.	41.
Liber Psalmorum, quorum	150.
Proverbia Solominis.	31.
Eccle-	

Ecclesiastes.	12.
Canticum Canticorum.	8.

*Quatuor Prophetæ
Majores.*

1. Esaias Capita.	66.
2. Jeremias.	52.
Ejusdemque Threni.	5.
3. Ezechiel.	48.
4. Daniel.	12.

*Duodecim Prophetæ.
Minores.*

1. Oseas Capita.	14.
2. Joël.	3.
3. Amos.	9.
4. Obadjas.	1.
5. Jonas.	4.
6. Micheas.	7.
7. Nahum.	3.
8. Habacuc.	3.

9. Zephanius.	3.
10. Haggæus.	2.
11. Zacharias.	10.
12. Malachias.	4.

Hi libri propriè dicuntur Canonici in Veteri Testamento, quia à Mose & Prophetis instin-
ctu Spiritus sancti, lingvâ Hebraicâ scripti, & Ecclesiæ Judai-
cæ commendati sunt.

V.

*Qui sunt libri Canonici
Novi Testamenti?*

Evangelium Matthæi.	Capitæ
	28.
Marci.	16.
Lucæ.	24.
Johannis.	21.
Acta Apostolica.	28.
	Tre-

Tredecim Epistolæ Pauli.

1. Ad Romanos.	16.
2. Prior ad Corinthios.	16.
3. Posterior ad Corinthios.	13.
4. Ad Galatas.	6.
5. Ad Ephesios.	6.
6. Ad Philippenses.	4.
7. Ad Colosenses.	4.
8. Prior ad Thesfalonicenses.	5.
9. Posterior ad Thessalonicenses.	3.
10. Prior ad Timotheum.	3.
11. Posterior ad Timotheum.	3.
12. Ad Titum.	3.
13. Ad Philemonem.	1.

Similiter.

Una Petri.	.	5.
Una Johannis.	.	5.

Hi libri propriè dicuntur Canonici novi Testamenti, quia

ab Evangelistis & Apostolis, instinctu Spiritus sancti, sermone græco scripti, & Ecclesiæ Christi commendati sunt,

VI.

Quinam sunt libri Apocryphi veteris Testamenti?

Liber III. Esdræ.	9.
Liber IV. Esdræ.	10.
Supplementum Esther.	6.
Oratio Manassis.	1.
Tobias.	14.
Judith.	16.
Baruch.	5.
Epistola Jeremie, Baruch annexa.	1.
Liber Sapientiæ.	16.
Ecclesiasticus vulgo Siraci- des.	15.
Supplementum Danielis.	2.
	1. Ma-

1. Machabæorum.	16.
2. Machabæorum.	15.
3. Machabæorum.	7.

De horum librorum vel authoribus vel autoritate in Ecclesia fuit dubitatum, ideoq; neque ad constituenda, neque probanda dijudicandaque fidei dogma-
ta producebantur.

VII.

Quinam sunt libri Apocryphi novi Testamenti?

Epistola ad Hebræos.	13.
Epistola Jacobi.	5.
Posterior Epistola Petri.	3.
Epistola II. Johannis.	1.
Epistola III. Johannis.	1.
Epistola Judæ.	1.
Apocalypsis Johannis.	22.

Hi libri non ab omnibus in primitiva Ecclesia recepti, majorē tamen in Ecclesia, quam Apocrypha veteris Testamenti habent authoritatem, & ad probanda fidei dogmata adhibentur; licet enim de autoribus dubitatum fuerit, doctrina tamen ut Apostolica fuit recepta.

VIII.

Quot sunt affectiones sacrae Scriptura?

Duae præcipuae.

1. Perspicuitas. 2. Perfectio sive sufficientia.

1. Sacra Scriptura in iis, quæ ad fidem & salutem pertinent, est perspicua. 2. Petr. i. v. 19. Lucea lucens in loco caliginoso.

2. Sa-

2. *Sacra Scriptura est perfecta, hoc est, continet omnia ad fidei instructionem & vitæ informationem necessaria.* 2. Tim. 3. vers. 16.

APHORISMI Theologici.

1. *Sacra Scriptura est fidei mensura, errorum censura, ad celos cognoscitura.*

2. *Idem DEI verbum, quod olim per vocem annunciatum, postea DEO ordinante in scripturas est relatum.*

3. *Quicquid Christus de suis dictis & factis nos legere voluit, scribendum discipulis, tanquam suis manibus imperavit.*

4. *Quae præter scripturam affruntur traditiones, vel sunt fidei dubia,*

bis, vel inter se contrarie, vel corrum-
pientibus obnoxie.

5. Quicquid in Patribus, scriptu-
rarum autoritati congruit, cum lax-
de eorum recipito, quod non congruit,
cum pace eorum rejicito.



Locus II.

DE DEO.

I.

Quid est DEUS?

DEUS est essentia spi-
ritualis , intelligens ,
alia à creaturis omnibus ,
verax , bona , justa ,
casta , misericors , bene-
fica ,

fica, liberrima, immenſæ ſa-
pientiæ & potentiæ. Pater
æternus, qui Filiū ad ima-
ginem ſuam genuit, & Fili-
us, imago Patris coæterna,
& Spiritus ſanctus, à Patre &
Filio ab æterno procedens:
creator & conservator re-
rum omnium, redemptor &
sanctificator Ecclesiæ, unus
verus DEUS, benedictus
in ſecula.

Brevius.

Deus est Jehova Elohim,
una divina eſſentia trium per-
ſonarum, ſancta illa Trinitas, & in-
diverſa trum unitas, Pater, Fi-
lius & ſpiritus ſanctus.

II.

Proba DEUM esse unum?

Deut. 6. vers. 4. Audi Israel,
Deus noster Jehovah unus est.

I. Cor. 8. vers. 6. Nullus est
Deus alias, nisi Unus.

III.

Quid est Persona?

Est substantia individua,
intelligens, incomunicabile
& per se subsistens, à
cæteris ejusdem naturæ hy-
postatisbus, numero & cha-
racteristica proprietate
discreta.

IV.

*Quot sunt Personæ di-
vinitatis?*

Tres

Tres: Deus Pater, Deus
Filius, & Deus Spiritus san-
ctus, non gradu, statu aut
dignitate, sed ordine, nu-
mero, ac modo existendi
& agendi distinctæ.

V.

Annon sic tres Dii?

Non: Sed tres tantum
personæ, unus verò Deus,
inconfusè trinus in unitate,
indivisi unus in Trinitate.

VI.

Quis est Deus Pater?

Pater est prima persona di-
B6 vini-

vinitatis, non creata, non
genita, neq; procedens, sed
quæ ab æterno filium gig-
nit, & à quâ sicut & à Filio
Spiritus, sanctus procedit.

VII.

Quis est DEUS Filius?

Filius est secunda perso-
na divinitatis, non facta,
nec creata, sed ab æterno à
Patre genita, à quâ sicut &
à Patre Spiritus sanctus pro-
cediit, quæ in tempore hu-
manam naturam assumisit,
& opus redemtionis in as-
sumptâ carne perfecit.

Quis

VIII.

*Quis est DEUS Spiritus
sanctus?*

Est tertia persona divinitatis, non facta, nec creata, nec genita, sed à Patre & Filio ab æterno procedens, corda nostra per Fidem illuminans & sanctificans.

APHORISMI.

1. *Quæ Dens occultiavit, non sunt
scrutanda, quæ verò de se repelavit,
non sunt negligenda, ne in illis illici-
tò curiosi, in his periculose invenia-
tur ingrati.*

2. *Quæ corpore a DIO tribun-
tur ad punitiōnab̄is, humano more, ea
invele-*

intelligenda sunt Deo πρέπεια, cum di-
vino honore.

3. DEO in scriptiuris membra
attribuuntur, per effectum non per
affectionem. Bernhardus serm. 4. Ju-
per Cantic.

4. DEUS est intra omnes crea-
turas non inclusus, est extra omnes
creaturas non exclusus.

5. Dignè loqui de personis, vim
transcedit rationis, excedit ingenia,
quid sit nasci, quid processus, ne
scire sum professus.

6. Dicimus tres personas, sine
præjudicio unitatis, dicimus unum
Deum, sine confusione Trinitatis.

7. Ego & Pater unum sumus,
dicit Filius, Joh. 10. v. 30. Quod
dixit unum, respicit ad Essentie
unitatem, & liberatur ab Ario: quod
dixit

dixit sumus, respicit ad personarum distinctionem, & liberat te a Sabellio.

ARTICULUS TERTIUS

Locus III.

DE PERSONA, ET OFFICIO CHRISTI.

I.

Quis est Christus?

Christus est secunda persona divinitatis, Filius Dei, verus Deus ex substantia Patris ante secula genitus, itemque verus homo ex Maria virginie in tempore natus.

Cur

II.

Cur appellatur Jesus?

Quia Salvator est, & populum suum à peccatis salvum fecit. *Matth. I. v. 21.*

III.

Cur appellatur Christus?

Quia inunctus est infinitâ plenitudine Spiritus Sancti.

IV.

Qualis persona Christus?

Ante incarnationem simplex, post incarnationem quasi composita, duabus naturis constans, divinâ assumente & humanâ assumtâ.

Quo-

V.

*Quomodo duæ Naturæ.
uniantur?*

Unione personali.

VI.

*Quid est unio perso-
nalis?*

Unio personalis est, quâ natura Filii Dei tota, in unitatem & sublimitatem suæ personæ, naturam assumxit humanam, salvis manentibus naturis earumque proprietatibus, & cum & in humanâ naturâ unam constituit personam.

Quid

VII.

Quid ex unione ista sequitur?

Ex unione personali flu-
it naturatum , proprieta-
tum , majestatis & opera-
tionum in officio, commu-
nicatio , quâ divina & hu-
mana naturæ, in una Christi
persona , tûm ratione sui,
tûm ratione Idiomatum ,
verè & realiter inter se
communicant, ita ut huma-
na de Deo, & divina de ho-
mine Christo, in scripturis
dicantur, & à piis omnibus
credantur.

Quo

VIII.

Quomodo Scriptura de communicatione ista loquitur?

Non uno modo, sed potissimum tripliciter, unde & tria communicationis idiomatum genera consti-
tuuntur.

IX.

Quodnam est primum genus?

Primum genus dicitur, quando propria naturarum communicantur personæ in concreto nec tamen utriusque naturæ propria fiunt, sed illius

illius cuius sunt propria
manent, ut 1. Cor. 2. v. 8.
Dominus gloriae crucifixus
est, Actor. 20. v. 28. Deus suo
sangvine redemit Ecclesiam,
Roman. 1. v. 3. Filius Dei na-
tus ex semine David, Gal. 4.
v. 4. Filius Dei factus ex
muliere, Ephes. 3. v. 9. Per
Christum universa condita
sunt.

X.

*Qodnam est secundum
genus?*

Quando actiones officii
Christo tribuuntur secundū
utramq; naturam: idq; tum
con-

conjunctè, ut Gal. 3. v. 13. Christus nos redemit à maledictione legis, tūm distinctè, ut I. Joh. 3. v. 8. Filius Dei dissolvit opera Diaboli, Gen. 3. v. 15. Semen mulieris conteret caput serpentis.

Ubi observanda Regula Concilii Chalcedonensis:

In Officio Christi, unaquæque natura agit, quod cujusque proprium, sed cum communicatione alterius.

XI.

Quodnam est tertium genus?

Quan-

Quando propter unionem personalem, divina gloria, majestas, potestas, vis & virtus, cum praesentissimo rerum omnium dominio, homini Christo, in tempore data dicuntur. Matth. 11. v. 26. Omnia mihi tradita sunt, Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Dan. 7. v. 13. & 14. Phil. 2. v. 5. Ephes. 1. D. 20.

XII.

Quid & quotplex est officium Christi?

Triplex: i. Propheticum,
quo

quo Christus Deus & homo
Ecclesiam suam docuit &
instruxit.

2. Sacerdotale, quo passio-
nis & mortis sacrificio
Deo patri Pro totius mun-
di peccatis satis fecit; &
ad huc hodie pro nobis in-
tercedit.

3. Regium, quo Christus
Deus & homo, in utraque
natura, tanquam Rex &
Dominus cœli & terræ,
præsentissimè gubernat
omnia, in regno potentiæ,
gratiæ & gloriæ.

XIII.

*Quænam sunt officii Christi
beneficia?*

Fides

Fides, Remissio peccatorum, Justificatio, Reconciliatio, Salvatio & Glorificatio.

APHORISMI.

1. In incarnatione Christi persona non assumpsit personam, sed secunda Trinitatis persona, humanam assumpsit naturam.

2. Ita asserenda naturam dualitas, ut non negetur arctissima & indissolubilis persona unitas.

3. Unio natura divina & humana in Christo est naturarum, non personalium, nec solum naturalis, sed personalis.

4. Deus non est passus in proprietate naturae, sed in unitate persona.

5. Quocunque Christo in tempore da-

re data dicuntur, secundum humanitatem data recte intelliguntur.

6. Christi exinanitio non est omnimoda gloria & potentia depositio, sed usus & manifesti splendoris retractio.

ଭେଦିନାମି? କେତେ ପରିମାଣ

Locus IV.

DE CREATIONE ET ANGELIS.

I.

Quid est Creatio?

Creatio est actio externa totius sacrosanctæ Trinitatis, quā Deus Pater per Filium in Spiritu Sancto, cœlum

Ium & terram, omniaque in
illis visibilia & invisibilia,
sex dierum spacio ex nihilo
condidit, & condita sapi-
entissimo ordine disposuit,
ad sui gloriam hominisque
salutem.

II.

Quid sunt Angeli?

Angeli sunt essentiae spi-
rituales, in excellenti perfe-
ctione, sapientia & sanctitate
creatæ, ut Deum creatorem
celebrent, homini inservi-
ant, & æterna felicitate fru-
antur.

Quo-

III.

*Quotuplices jam sunt
Angeli?*

Duplices: Boni & Mali.

IV.

Qui sunt Angeliboni?

Boni Angeli sunt illi , qui
bonitatem,in quâ creati,reti-
nuerunt,jamque in bono ita
confirmati sunt , ut in æter-
num non excidant.

V.

*Quæ sunt bonorum Ange-
lorum Officia?*

Quinque potissimum.

1. Deum celebrare. Ephes.
 6. 2. Jusfa Dei expedire, &
 voluntatem ejus annunciare,
 3. Electas ministrare, Hebr. 1.
 D. 14. 4. Animas piorum à
 corpore seperatas in simum A-
 brahae portare, Luc. 16. 5. In
 novissimo die pios ab impiis
 separare, Matth. 13.

VI.

Qui sunt mali Angeli?

Mali Angeli sive Diaboli
 sunt illi qui à sanctitate & ve-
 ritate, in qua creati erant, de-
 sciscentes, Dei hominumq;
 adversarii facti sunt, & ob
 hoc

hoc æternis vinculis ad judicium servantur. *Johan. 8. v. 44. 2. Petr. 2. 4. Epist. Judæ vers. 6.*

VII.

Quæ sunt malorum Angelorum effecta?

Diabolorum opera, bonorum Angelorum operibus planè sunt contraria. 1. Deum calumniantur. 2. Iusfa ejus pervertunt, & quantum in ipsis est, impediunt. 3. Piis insidiantur. 4. In sceleribus & æternà impiorum damnatione lætantur. *Genes. 3. v. 4.*

C 3 2. Cor-

*2. Cor. 4. v. 4. Jobi 1. & 2. 1.
Petr. 5. v. 8. Apoc. 12. v. 9.*

VIII.

*Quænam inter creaturas di-
sibiles præstantissima?*

Homo: quem Deus propter seipsum ad imaginem suam, reliqua autem propter hominem creavit, & quo creato, ab omni creatione quievit.

IX.

*Quomodo Deus hominem
condidit?*

Ex limo terræ corpus hominis creavit, animam ratio-
nalem

nalem corpori inspiravit, totumque hominem præ cæteris creaturis omnibus gloriâ & honore coronavit, *Psal. 8.*

APHORISMI.

1. *Dens opera sua fecit non ex indigentia, sed ex beneficentia, non ampliatur nostris landibus, sed manifestatur suis operibus.*

2. *DEUS creationis causa efficiens est, ratione potentiae; exemplaris, ratione sapientie; finalis, ratione gloria.*

3. *Factus est homo in terrâ & de terra, neotamen ad terram & propter terram, sed ad celum & propter celum.*

4. *Nulla creatura homini nocuisse, omnis inferriisset, si homo non peccasset.*

5. Deirectans homo creatori servitium, amissis in creaturas dominum.

6. Angelos creatos esse scimus quo die creati sunt, subtilius quæruntur, quam fructuosius inveniuntur.

7. Angelorum numerus nobis est innumerus, soli Deo cognitus.

8. Quoiquot Angelorum sunt, tot sunt à Deo conditi, non procreatione aliorum ex aliis multiplicati.

9. Confirmatio bonorum Angelorum, non fuit debitum meriti stipendium, sed gratitum DEI confirmantis donum.

10. Faciunt Diaboli quod possunt, Deo permittente, non faciunt, quod possunt, Deo prohibente.

11. Major est Dei potentia, quam omnium Diabolorum malitia.

LOCUS V.

DE PROVIL. DENTIA.

I.

Quid est Providentia?

Est actio Dei creatoris extrema, quâ omnia & singula in mundo, quæ sunt, conservat, & gubernat, & quæ fiunt, ad finem quem determinavit, ordinat, ad sui gloriam & electorum salutem.

II.

*Quomodo cognoscitur actus
providentiae divinae?*

C 5

Tri-

Tribus modis sive gradibus,

Primus gradus est conservationis, quā res omnes & singulæ, in eo statu, in quo sunt creatæ, conservantur.

Secundus est gubernationis, quā res omnes & singulæ, à DEO, pro liberrima voluntate reguntur & diriguntur,

Tertius gradus est ordinationis, quā Deus rebus omnibus, quæ sunt & fiunt, fines certos constituit, media ad finem disponit, disposita dirigit, pro bonitate ineffabili, justi-

justitiā admirabili & sapien-
tiā inæstimabili.

III.

Quodplex est divinæ provi-
dentia actio?

Duplex: Universalis &
Particularis.

Universalis est, quâ DEUS
creaturas, omnes, & totum
naturæ ordinem semel institue-
tum, conservat & dirigit.

Particularis est quâ crea-
turæ aliquas & homines cer-
tos speciatim gubernat, in pri-
mis vero Ecclesiam suam gra-
tiosè regit, fovet & protegit.

C 6

Quo

IV.

*Quomodo differt præscientia
& providentia?*

Præscientia denotat divinam rerum omnium, ut fuerunt, sunt & erunt, notitiam & cognitionem.

Providentia denotat divinam circa res prescitas, curam & administrationem.

V.

Quid est permisio?

Permissio est, quâ Deus alienas actiones non inhibet sed earum modum agentis voluntati permittit, ipse vero actio-

actiones ad bonum finem dirigit.

APHORISMI.

1. *DEUS non est otiosus rerum spectator, sed prudens etiam malorum voluntatum ordinator.*

2. *Humana vita cursum ita moderatur divina providentia, ut causas secundas non excludat, nec tamen ad eas sit alligata.*

3. *Qui natura leges & ordinem dedit, seipsum natura legibus & ordini non adstrinxit.*

4. *DEUS omnia creata gubernans, aliter ad actiones bonas, aliter ad malas concurrit.*

5. *Bonas praecepit, iuvat & approbat, malas nec praecepit nec adjudicat,*

vat, sed permitit, metas iisdem prae-
ficit, & bonum ex illis elicit.

6. Non deserit Deus hominem,
nisi prius ab homine deseratur.

7. Deus mala permittens, po-
test uenientibus inhibendi, sed sine obliga-
tione, sicut homo mala committens po-
testatem habet agendi, sed absque
coactione.

8. Hinc Deus mala permittit absq;
culpa & accusatione, homo autem mala
commisit absq; venia & excusatione.

ஆதாரம்: நூத்திரம்

Locus VI.

DE ELECTIO NE ET REPROBATI- ONE.

Ubi-

I.

Ubi querendum est prædestinationis Mysterium?

Non in humanæ rationis speculationibus, neque immediate in Deo, sed in verbo Dei revelato, & quidem in verbo Evangelii, in quo Deus voluntatem suam de salute nostra patefecit.

II.

*Quot modis hoc loco voluntas
divina consideratur?*

Duobus: 1. ut Antecedens. 2. ut Consequens.

Antecedens habet respetum

Etum mediorum & salutis,
prout ex parte DEI ordinata
sunt & offeruntur.

Consequens però corun-
dem mediorum & salutis re-
spectum habet, prout ab homi-
nibus vel acceptantur vel rejici-
ciuntur. Illa mediorum &
salutis oblationem: Hæc ap-
plicationem respicit.

III.

Quid est Electio sive Pra-
destinatio?

Est decretum voluntis
divinæ consequentis, quo an-
te jacta mundi fundamenta,
ex

ex misericordia sua gratiam, in Christo, ad salutem ordinavit, omnes homines in Christum perseverant, credituros, ad laudem gloriosam suam gratiam.
*Ephes. 1. vers. 4. 2. Thes. 2. 13.
2. Timoth. 1. 9.*

IV.

Quale est illud voluntatis divinae decrenum?

Non absolutum, sed ordine certo determinatum, ut omnes salutis nostrae causas & media comprehendat.

V.

Quae sunt salutis nostrae cause & media?

Qua-

Quatuor :

1. Universalis & infinita
Dei misericordia, quā totius
humani generis salutem serio
C ardenter expetit, 2. Pet. 3.
9. Ezech. 33. 11. Johan. 3. 16.
Rom. 11. 32. 1. Tim. 2. 4.

2. Universale & infinitum
Christi meritum, quo totius
humani generis mediator &
redemptor est, Esa. 53. 10. Johan.
1. 29. 1. Johan. 2. 2. 1. Corinth.
15. 22. 2. Cor. 5. 15. 1. Tim. 2.
6. 1. Tim. 4. 10.

3. Universalis totius hu-
mani generis vocatio, per mi-
niste-

nisterium verbi & sacramen-
torum, Matth. II. 28. Matth.
28. 19. Marc. 16. 16. Actor.
17. 30. I, Tim. 2. 4.

4. *Salvifica Fides, quam*
Deus per verbum & sacra-
menta in hominibus accende-
re, & per hanc omnes creden-
tes justificare & salvare con-
stituit, Joh. 6. 40. 2. Thes. 2.
13. Jacobi 2. 5. I. Cor. 1. 21.

VI.

Cur ergo non omnes sal-
vantur?

Hujus rei causa non in Deo,
sed in hominibus est qui
per

per peccata, Spiritus sancto
resistunt, Actor. 17. v. 52. Con-
suum DEI contra se metipos
sperrnunt, Lucas 30. Sermonem
Dei repellunt, & sic seipos
vitâ aeternâ indignos reddunt,
Acto. 13. v. 46.

VII.

Quid est Reprobatio?

Reprobatio est decretum
voluntatis divinæ consequen-
tis, de condemnandis omni-
bus impenitentibus, & in
Christum non credentibus.

APHORISMI.

1. De prædestinatione dicimus,
non

non quantum humani cordis curiositas desiderat, sed quantum spiritus sancti magisterium suppeditat.

2. Quod revelavit Deus ad nostram edificationem, non convertamus ad aliquorum destructionem.

3. Quia de absconditâ & revelata convaria voluntate DEI proferuntur, eacum non sunt revelata, merito à piis absconduntur.

4. Multa in lumine gratiae erant manifesta.

5. Distinctio voluntatis divine in antecedentem & consequentem, non tollit ejusdem unitatem & simplicitatem, sed denotat diversos volendi actus, ex distinctâ objectorum consideratione ortos. Ultriusque exemplum vide, Matth. 23. D. 37. Luc. 13. D. 34.

6. Quemadmodum voluntas consequens non tollit voluntatem antecedentem; ita scriptura dicta de voluntate consequente loquens, non sunt opponenda dictis de voluntate antecedente disserentibus.

7. Gratia DEI vocantis per populos & tempora est variata, nemini autem absoluto decreto denegata.

8. Non est deprimenda gratia Dei vocantis, nec sunt exiollenda virtus hominis acceptantis.

9. Salus hominis est divina gratia donum, damna: io ejusdem, est humana culpa meritum.

10. Iudicia Dei semper sunt justa, licet nobis non semper sint manifesta.

11. Prævenit ac preparat nos divina gratia, a mequam possumus, operatur in nobis, ut possumus, cooperantur.

sur nobis, quando ipsius dono jam possumus.

12. *Vita eterna conceditur in prædestinatione, promittitur in vocatione, ostendi ut in justificatione, percipiatur in glorificatione,*

13. *Sobria meditatio de prædestinatione incipit à vulneribus Christi, ita non declinabimus vel ad dextram presumptionis, vel ad sinistram desperationis.*



Locus VII. DE IMAGINE DEI. II.

Quid est Imago Dei?
IMAGO DEI fuit integritas,
justitia & sanctitatis originalis

ginalis, primo homini concreata, quā conditore Deum, pulcherrimā similitudine & conformitate referebat.

II.

Quānam erant imaginis divinae dotes & insignia?

Quinque:

1. Conformitas intellectus cum Dei sapientia.
2. Conformitas voluntatis cum Dei sanctitate & libertate.
3. Conformitas appetitus cum Dei castitate, puritate & integritate.
4. Conformitas corporis cum Dei impassibilitate & immortalitate.

5. Co-

5. Conformatas externi dominii cum Dei potestate.

III.

*Estne imago Dei adhuc
reliqua?*

Non : Sed per peccatum
est amissa , & remanserunt
exigua & penè nulla illius ru-
dera, ut maximæ illius felici-
tatis parva sint indicia.

IV.

*Quomodo imago Dei in homi-
ne reparatur?*

Christi redēmptione, Ba-
ptismi regeneratione, quoti-
dianâ renovatione, & æternâ
glorificatione.

D

APHO-

APHORISMI.

1. *Imago Dei in primo homine non consistebat in essentia similitudine, sed in qualitatum perfectione.*

2. *Fluebat primi hominis felicitas.* 1. *Ex conditione animae, quae sapiens & sancta.* 2. *Ex conditione corporis, quod pulchrum, impassibile & immortale.* 3. *Ex conditione vita, quae felix & beata.* 4. *Ex condizione domicilii, quod amoenissimum, horus nempè Paradisi⁹.*

3. *Periit jam dudum imaginis divina possessio, idcirco obscura nobis illius cognitio.*

4. *Propagata fuisse imago Dei in posteros, per naturalem generalitionem; jam verò est amissa per peccantis transgressionem; reparatur autem per regenerationem & renovationem.*

5. Mors corporalis non est naturalis quadam hominis conditio; sed pena descendens ex irrationis vicio.

6. Alius immortalitatis gradus fuit innaturâ instituta, aliis olim erit innaturâ plenâ restituta.

7. Primi hominis immortalitas erat posse non mori, electorum immortalitas olim erit non posse mori.

8. Probabilior est animorum propagatio, quam immediata creatio, licet accurate ostendi non possit propagationis illius modus & ratio.

9. Quomodo enim anime ex Adamo & parentibus non veniunt, & sicut ex illis justam damnationis sententiam invenimus. Augustinus Epist. 157.

Locus VIII.

DE PECCATO.

I.

Quid est peccatum?

PEccatum est defectus, vel
inclinatio, vel actio pug-
nans cum lege Dei, offendens
Deum, damnata à Deo, &
faciens eos æternæ iræ & æ-
ternarum pœnarum, nisi fiat
remissio propter Filium Me-
diatorem.

Vcl.

Peccatum est aberratio à
lege Dei, quia homo decli-
nans

nans à bono, & inclinans ad malum, reus, fit iræ Dei & damnationis æternæ.

II.

Quot sunt cause peccati?

Diabolus seducens, & homo liberè consentiens.

III.

Quot sunt species peccati?

Tres:

Prima est *in personâ primorum parentum*, & dicitur peccatum primi hominis, in quo persona corrupta naturam,

D ;

Se-

Secunda est in naturā hominis, & dicitur peccatum Originale, in quo natura corruptit personam.

Tertiā est à nobis met ipsis, & dicitur peccatum actuale, in quo persona corruptit seipsum.

IV.

Quodam est peccatum primum?

Est actus inobedientiae in Adamo, primo generis nostri parente, quo legem Dei violando, se & suos in æternum perdidit, Genes. 3. Rom. 5.

Quid

V.

*Quid est peccatum ori-
ginale?*

Est vitiositas hæreditaria,
quâ propter inobedientiam
primorum parentum, omnes
ex iis naturaliter propagati
aut propagandi, utriusq; ma-
li, tâm culpæ quâm pœnæ rei
efficiuntur.

VI.

*Quid est peccatum
actuale?*

Peccatum actuale est o-
mne vel factum, vel dictum,
vel cogitatum, vel concipi-
tum contra legem Dei, quo

malum committitur, vel bonum omittitur.

VII.

Quomodo dividitur peccatum actualē?

Tripliciter:

1. Aliud est mortale sive regnans. 2. Aliud veniale, sive non regnans. 3. Aliud irre missibile, sive peccatum in Spiritum sanctum.

VIII.

Quid est peccatum mortale sive regnans?

Peccatum mortale dicitur, quod in renatis dominatur,

tur, ut voluntariè, & contra
conscientiam cupiditatibus
carnis obedient.

IX.

*Quid est peccatum veniale si-
de non regnans?*

Quod in renatis ex infir-
mitate exoritur; cui tamen
virtute Spiritus sancti resi-
stunt, nec desideria carnis
perficiunt.

X.

*Quid est peccatum in Spir-
itum sanctum?*

Est veritatis agnitæ mali-
tiosa & voluntaria abnega-
D **s** **tio,**

tio, blasphematio & oppugnatio, omniumque salutis mediorum abjectio.

XI.

Quare dicitur irremissibile?

Irremissibile est hoc peccatum, non ex defectu gratiae, sed ex qualitate culpa, quae ita comparata est, ut omnem pœnitentie aditum intercludat, & omnia salutis media excludat.

APHORISMI.

1. *Eius rei Deus non est autor, cuius*

enjus vindex est & ultor, iniquitatem, quam punxit ipse non fecit.

2. Non erat creatus homo, ut velle peccare, interim in eâ libertate constitutus, ut posset velle, tantâ luce ornatus, ut posset non velle.

3. Qualem Deus hominem ini-
tiò condidit, talem ipsum esse perpe-
tuò voluit, ac proinde ad lapsum,
occulio quodam decreto vel imperio
non impulit.

4. Adami an Eva peccatum gra-
vius fuerit, otiosè queritur, peccarunt
impari sexu, sed pari fastu.

5. Fuit Adam, & in illo fuiimus
omnes; periiit Adam, & in illo perii-
mus omnes.

6. Sicut ex leprosis generantur
leprosi; ita ex peccatoribus generantur
peccato infecti.

6. Peccatum personale Adami corruptit naturam, natura corruptio propagatur in subolis personam.

8. Manet distinctio inter substantiam hominis, & inter substantie corruptionem. Corruptione est peccati vitium, substantia est Dei & natura beneficium.

9. Homines in peccatis concipiuntur, ipsum verò peccatum esse propriè non dicuntur.

10. Series & propago peccatorum hac est. Processus malus Actus in Adamo, qui produxit malum habitum in naturā, unde sequuntur vissa actiones in personā nostrā.

11. Omne peccatum naturā suā est mortale, & vicissim omne peccatum Christi merito & gratiā est veniale, praeceper peccatum in spiritum

san-

sanctum, quod est irremissibile, non
ex defectu gratiae, sed ex qualitate
culpa.

12. De peccato in Spiritum sanctum non temerè pronunciandum; sed à posteriori, nempe ex finali impoenientia, judicandum.

ଶ୍ରୀମଦ୍ଭଗବତ

Locus IX.

DE LIBERO ARBITRIO.

I

Quid est liberum arbitrium?

Est vis sive facultas men-
tis, proprio motu, sine
ulla

ulla coactione bonum & malum vel eligendi vel repudiandi.

II.

Quæ requiriuntur ad arbitrii libertatem?

Tria · 1. Judicium rationis.
2. Electio voluntatis. 3. Vis
& potestas agendi.

III.

Quot modis consideratur liberum arbitrium?

Quatuor modis, secundum quatuor hominis status.

1. In statu integratæ & innocentia, arbitrium erat liberum

berum, ut homo posset peccare & non peccare, stare & cedere.

. 2. In statu transgressionis & culpæ, arbitrium servum est & captivatum, facultas eligendi bonum amissa, & voluntas hominis ad malum tantum libera. Hinc vires hominis in externis & civilibus imbecilles & langvidæ, in spiritualibus planè nullæ.

3. In statu reparationis & gratiæ, arbitrium incipit fieri liberatum, & homo

rena-

*renatus adjutorio Spiritus
sancti cooperari.*

4. In statu perfectionis & gloriæ, arbitrium erit in bono confirmatum, & à lapsus periculo, peccatiq; servitute liberimum.

IV.

*Quot sunt causæ conder-
sionis.*

Duae: Una principalis & efficiens, Spiritus sanctus: altera instrumentalis, verbum & sacramenta.

V.

*Quid in conversione facit
voluntas?*

Volun-

Voluntas non est conversionis causa, sed subjectum, in ipsa conversione nihil agens, sed patiens, ut Deus in illa operetur, post conversionem verò gratiam DEI ita apprehendens, ut Deo operanti cooperetur.

APHORISMI.

1. *Est in spiritu renatorum libera servitus, quia Spiritu Dei regnatur; & est in carne renatorum serva libertas, quia carnis lucta premanuntur.*

2. *Arbitrium hominis in statu integritatis fuit liberum; in statu corruptionis est servum; in statu re-*
stum-

stitutionis est liberatum in statu glorificationis erit liberrimum.

X 3. Alia est libertas à coactione, alia à jure & obligatione, respectu libertatis à coactione homo semper habet liberum arbitrium, etiam post lapsum; respectu libertatis ab obligatione nunquam habuit liberum arbitrium, ne quidem ante lapsum. Sicut enim homo à Deo nunquam est coactus; ita eidem semper mansit obligatus.

— 4. Deo servire nobilissima est libertas, libera verò peccati libido & licentia est turpisima servitus.

— 5. Mens hominis sub peccati iugulo ancilla est & libera; ancilla propter servitutem, libera propter voluntatem.

X 6. Mansit in homine post lapsum

psum liberum arbitrium, si de libertate à coactione intelligatur. Periit vero, si de facultate bonum eligendi, & malum aduersandi accipiatur.

7. In conversionis opera, alia est ratio hominis nondum renati, alia renati & conversi. In non renatis & convertendis tota conversionis actio uni & soli Deo adscribitur, in conversis in tunc homo divine gratiae cooperatur: non tamen ex seipso, sed ex Deo; per illum enim aliquid possumus, sine quo nihil possumus.

8. Certum est, fidem in nobis nec esse posse nec crescere, nisi ille nobis eam tribuat, quem autorem consummatoremq; fidei Apostolica profaciatur autoritas; Hebr. 12. v. 2.

Locus X.

DE LEGE DEI.

I.

Quid in genere est Lex
DEI.

Est doctrina divina, continens regulam eorum, quæ Deus ab hominibus fieri, aut non fieri voluit.

II.

Quotuplex est Lex?

Triplex: Moralis, Ceremonialis, & Forensis.

III.

Quid est Lex moralis?

Est

Est æterna & immota di-
vinæ justitiae regula, homini
in creatione patefacta, post
lapsum repetita, & in deca-
logo comprehensa, perfe-
ctam omnium nostrarum vi-
rium & actionum, in dilecti-
one Dei & proximi, obedien-
tiam requirens, & transgres-
soribus poenas temporales &
æternas annuncians.

IV.

*Eſtne Lex moralis
abrogata?*

Ipsa lex moralis non est
abrogata, sed illius maledi-
cio,

Etio, in credentibus, per Christum sublata. Galat. 3.

v. 13. Gal. 4. p. 4.

V.

Quis igitur est usus legis moralis?

Triplex:

1. Politicus, ut honestas conservetur, & homines in disciplinâ externâ coërceantur.

2. Pædagogicus, ut peccatores ad agnitionem peccati adducantur.

3. Didacticus, ut renati per legem, tanquam regulam dite,

vitæ, quomodo in pietate & charitate ambulare debeant, doceantur.

V.

Quid est lex Ceremonialis?

Est mandatum divinum, de ritibus sacrificiorum & ceremoniarum veteris Testamenti.

VI.

Quid est lex Forensis?

Est mandatum divinum de judiciis & controversiis Forensibus politiæ Judicæ.

Erant-

VIII.

*Erantne hæ leges perpetuò
duratura?*

Non: sed fuerunt typi
Christi, ejusquè regni, qui-
bus exhibitis, illæ sunt abro-
gatæ.

APHORISMI.

- | | |
|-------------------------------------|--|
| <u>1. Lex moralis est speculum.</u> | <u>1. aeternæ Dei justitiae.</u> |
| <u>2. Lex moralis est speculum.</u> | <u>2. perfectionis ante lapsum pristina.</u> |
| <u>3. Lex moralis est speculum.</u> | <u>3. corruptionis post lapsum initia.</u> |
| <u>4. Lex moralis est speculum.</u> | <u>4. obedientie à renatis praestanda.</u> |
| <u>5. Lex moralis est speculum.</u> | <u>5. perfectionis in vita aeterna secundum.</u> |

2. Lex

2. Lex datur, ut gratia quatinus; quod enim lex imperat, fides im-
petrat.

3. Per legem peccati agnitus, per
Fidem ejusdem abolitus.

4. DEUS peccata non ignoscit,
nisi agnoscas; non regit, nisi delegas;
non solvit, nisi doleas.

5. Lex spiritualis, homo autem
carnis; in circa illa non solum difficultis,
sed & impletum impossibilis; & ma-
ledictio illius intolerabilis.

6. Unitas legis est, ut hominem
de morbo contumaciam, & gratia medi-
cina implorare competit.

7. Leges Ceremoniales Ecclesie,
& Forenses Policia Iudiciorum, Chri-
stum ejusque regnum representarunt,
quo exhibuit, in *Novo Testamento* ex-
pirarunt.

LOCUS XI.

DE EVANGELIO.

I.

Quid est Evangelium?

E Vangelium est doctrina
divina de gratuitâ pœ-
catorum remissione , per fi-
dem Iesu Christi ad vitam
æternam . —

II.

*Quomodo differunt Lex &
Evangelium?*

— Tribus modis.

i. Patefactione. Legis e-
nim

nim doctrina, magnam partem est naturalis. Evangelii verò doctrina tota supernaturalis.

2. **Promissionis conditio-**
ne. Lex vitam promittit
operantibus : Evangelium
credentibus.

3. **Effectis.** Lex operatur
iram, & minatur pænam :
Evangelium offert gratiam,
& promittit veniam.

Lex ligat & damnat : Ev-
angelium solvit & salvat.

APHORISMI.

1. *Lex & Evangelium in Eccle-*

siā debent esse conjuncta, nihilominus
inter se se accurate distincta.

2. Quod Lex à nobis flagitat, id
Evangelium præstatum esse annun-
ciat.

3. Utique doctrina, Lex & Ev-
angelium, versantur circa peccatum.
Lex peccatum ostendit, accusat &
damnat; Evangelium peccatum regit,
tollit & remittit.

4. Legis promissiones nobis sunt
inutiles, ex carnis nostræ vitiis. Ev-
angelii promissiones nobis sunt ratiæ,
ex Christi beneficio.

5. Lex proponenda securis & hy-
pocrysis; Evangelium verò constitutis
& confractis.

6. Lex veterem hominem coer-
ceret, Evangelium verò novum subgra-
tia detinet.

7. Promissiones Evangelii dupli-
ci modo sunt universales, universalis-
tate temporis & objecti.

8. Universalitas temporis est,
quâ unum idemq; Evangelium, omni
tempore, in veteri & novo Testamen-
to prædicatum.

9. Universalitas objecti est, quâ
unum idemq; Evangelium, omni tem-
pore, ad omnes homines pertinuit.

10. Distinguendum tamen, in
ter promissionem, & promissionis ap-
plicationem. Promissio omnibus ho-
minibus offertur, applicatio so-
lis credentibus con-
fervatur.



Locus XII.

DE POENITEN-
TIA ET CONFESSIOINE.

I.

Quid est Pœnitentia?

POENitentia est hominis peccatoris ad Deum conversio, quâ propter peccata admissa contristatur & dolet, Christi meritum fide apprehendit, vitamque emendare & peccata vitare seriò sibi proponit.

II.

Quot sunt partes pœnitentiae?

• Od

• 3

Tres:

Tres. 1. Contritio. 2. Fides. 3. Propositum emendandi vitam, & inchoandi novam obedientiam.

III.

Quid est Contritio?

Contritio est verus pavor & terror conscientiæ, sentientis iram Dei adversus peccata, & dolentis propter peccatum admisum, DEUM offendit & poenas promeritas.

IV.

Quid est Fides?

Est agnitione & fiducialis ap-

prehensio misericordiæ divinæ in Christo, quâ per & propter Christi meritum, gratis, sine ulla nostro merito, peccata nobis remitti, firmissimè credimus.

V.

*Quid vocas propositum novæ
obedientia?*

Firmum & serium mentis decretum, de peccato in posterum vitando, & novæ obedientiæ curriculo inchoando.

VI.

Quid est Confessio?

Con-

Confessio est , quà ore &
corde , peccatores nos esse,
fatemur , & peccatorum re-
missionem devotè petimus.

VII.

*Quot modis per agitur
Confessio?*

Duobus :

1. Quando immediate ipsi
Deo peccata nostra confitemur,
ejusque misericordiam imploramus, idque vel soli, vel publi-
cè cum aliis Christianis , Eccle-
siæ ministro, verbis præeunte , &
absolutionem Dei nomine an-
nunciante.

2. Quando privatim coram
Ecclesiæ ministro, delicta nostra

E 5 gene-

generatim, quandoque & speciatim, conscientia, id postulante, aperimus, & absolutionem petimus.

APHORISMI.

1. Vera & seria pœnitentia respicit 1. culpam prateritam & delictum commissum, hinc contritio. 2. gratiam præsentem & veniam promissam, hinc Fides. 3. Vitam sequentem & futuram, hinc propositum novæ obedientiae.

2. Differunt propositum novæ obedientiae, & ipsa obedientia, ut antecedens & consequens, ut decretum & executio. Illud immanens est, hac verè emanans; illud pœnitentia pars, hac ejusdem fructus est & consequens.

3. To-

3. Tota vita Christiana debet esse pœnitentia quotidiana.

4. Cum de crastino non simus certi, pœnitentia in crastinum non debet deferri.

5. Sera pœnitentia sicut est vera, tum enim non homo peccatum, sed peccatum hominem relinquit.

6. Atricularis Pontificiorum, confessio, quæ specialem omnium & singulorum peccatorum enumerationem requirit, sacris litteris & antiquis est adversaria, & nihil aliud, quam conscientiarum carnifex, Psal. 19. v. 13 Sozom. lib. 9. c. 35.

7. Ecclesiastica vero & privata confessio, non solum utilis, sed & certo respectu necessaria est, nimirum ad juniorum informationem, dis solitorum correctionem & admoni-

uicinem, conscientiae consolationem, & specialem remissionis applicacionem.

PROPOSITUM: **PROBLEMA:**

Locus XIII.

DE JUSTIFICATIONE

I.

*Quid hoc loco significat
justificare?*

Hoc in loco, significatio-ne Forensi, & Scripturis usitatâ, justificare denotat, aliquem pro justo habere, ju-stum reputare & absolvere.

Quid

II.

Quid est Justificatio?

Est actio Dei , quâ hominem peccatorem, per & propter Christum fide apprehensum, gratis à peccatis absolutit, & pro justo reputat , eidemq; justitiam Christi imputat, in laudem suam , hominisque salutem.

Vcl.

Est gratuita peccatorum remissio , & justitiae Christi per solam fidem imputatio.

III.

Quænam sunt justificationis nostra causa & media?

Tria:

Tria : 1. Gratia Dei. 2. Meritum Christi. 3. Fides Christum apprehendens.

IV.

Quid intelligis per gratiam Dei?

Gratuitum Dei favorem,
quo nos ab æterno dilexit, &
præter omne nostrum meritum,
per Filium suum nos sibi
reconciliare constituit Rom.
man. 3. v. 24. Rom. 11. v. 6.
Ephes. 2. v. 8. 2. Tim. 1. v. 9.

V.

Quid intelligis per meritum Christi?

To-

Totam Christi obediensiam, quâ nostro loco legem perfectissimè implevit, nobisque passione & morte suâ justitiam & salutem æternam promeruit.

VI.

Quomodo dividitur obediensia Christi?

In activam, quâ legi perfectissimè fatisfecit, & passivam, quâ pro nobis legis maledictionem & poenas tulit.

VII.

Quid est fides justificans?

Est habitus sanctus, à Spiritu

ritu sancto, piorum mentibus inditus, quo divinæ veritati credunt & assentiuntur, sibiq; ipsis firmità fiduciâ, promissiones gratiæ per Christum applicant, ad Dei gloriam, propriamq; salutem.

Vcl.

Est notitia & assensus verbi cœlestis, in primis autem fiducia, acquiescens promissiōni gratiæ & veniæ, Christi merito acquisitæ.

VIII.

*Quodnam est objec-
tum fidei?*

Ad-

Adæquatum fidei obje-
ctum, ratione notitiæ & af-
sensus, est Dei verbum, in
scriptis Propheticis & Apo-
stolicis comprehensum, rati-
one fiduciæ, est Christus, si-
ve promissio Evangelii de
Christo.

IX.

*Quomodo igitur homo pecca-
tor coram Deo justifi-
catur?*

Gratis, per Christum, so-
lā fide, sine operibus legis,
*Rom. 3. v. 28. Rom. 4. v. 5.
Galat. 2. v. 16. Ephes. 2. v. 8.*

A PHO-

APHORISMI.

1. *Justificatio est processus à misericordia humana, ad misericordiam divinam.*

2. *Miseria partes sunt, culpa, reatus & pæna; misericordia vero oppositio culpa remissionem, reatus absolutionem, pæna liberationem.*

3. *Fiduciam nostram certam esse debere argunt promissionum & iuramenti divini firmitas, Spiritus sancti veritas, Sacramentorum utilitas, exauditionis promissa infallibilitas, & vera fidei proprietas.*

4. *Tria consideranda, in quibus tota nostra spes consistit. Charitas adoptionis, veritas promissionis, potestas redditionis.*

5. Scio cui credidi & certus sum, quia ardens ille est in dilectione, verax in promissione, potens in exhibitione.

6. Hic funicularis triplex est, qui non rumpitur, quem è cælo in terram ad nos dimissum, firmius teneamus, ut nos subleget, & ad conspectum gloriae magni DEI perirahat.

7. Fides salvifica est donum Dei gratuitum, non operum præcedentium meritum, sed præsentium & futurorum fundamenum.

8. Verbum & Sacra menta sunt lignende & alenda fidei media.

9. In negotio justificationis, Fides non consideratur in qualitate, hoc est, ratione dignitatis & præstantiae: sed in relatione, quâ Christum

sum respicit, ex usq; meritum apprehendit.

10. In justificatione exercit se rei justitia & misericordia, justitia in perfectissimâ Christi satisfactione; misericordia in satisfactionis acceptatione & imputatione.

11. Sola Fides Christi justitiam sibi applicat; idcirco sola justificat, licet ipsa sola nunquam existat.

12. Fides absque operibus est mortua, non quod opera fidei sunt anima & forma, sed quod videntur fidei indicia & testimonia.


13. Sicut respiratio & motus reflectantur de homine vivente; ita opera reflectantur de fidei justificante: sicut fructus arborem bonam arguunt, ipsi verò arborem non constituant, sed ex illius bonitate proveniant.

14. Tri-

14. *Triplex est nostra justitia. Imputata, quâ coram Deo justissimus: inchoata, quâ nos justos & sanctos esse declaramus. Consummata, quâ in cœlis perfecte justi erimus.*

15. *Particulae exclusiva (sola, tantum, non nisi) non reliquis justificationis causis, sed operibus opponuntur; illa enī in justificationis actū excluduntur.*

16. *Non removentur opera à fidei affectu, sine illis enim nunquam est; sed à fidei effectu, quia si ne illis justificat.*



LO-

Locus XIV.

DE BONIS OPERIBUS.

I.

Quid sunt bona opera?

Sunt actiones hominum resonatorum, à Deo mandatae, ex fide in Christum, juxta normam divinæ legis, ductu Spiritus sancti factae, ad gloriam Dei, ornamentum virtutis, & utilitatem proximi.

II.

Quæ sunt requisita bonorum operum?

Tria:

Tria: Dei mandatum.
2. Fides tanquam fons & radix, quâ sine, impossibile est placere Deo. 3. Finis, qui est gloria Dei.

III.

*Suntne bona opera necessaria
ad salutem?*

Non sunt necessaria ad salutem, vel inchoandam vel conservandam, utriusque enim medium fides est, Tit. 3. x. 5. Rom. 11. v. 6. I. Petr. 1. v. 5. Hebr. 12. v. 2.

IV.

*Anne igitur & cur sunt
necessaria?*

Neces-

Necessaria sunt in renatis
tum Dei, tum nostri, tum
proximi respectu.

Respectu Dei, ut illius man-
dato pareamus, gloriam illu-
stremus, & gratitudinem no-
stram declaremus.

Respectu nostri, ut de ele-
ctione & salute certi simus,
2. Petr. 1. v. 10. Fidem osten-
damus, Jacob. 2. v. 17. can-
dem exerceamus & promo-
ueamus, vitam & professio-
nem nostram cohonestemus,
Eph. 4.v. 1. præmia gratuita
& promissa impetremus, pæ-
nas vero evitemus.

Re-

Respectu proximi, ut e-
undem sublevemus & adifi-
cemas, 2. Cor. 4. v. 15. Scan-
dala evitemus, & adversari-
os obturemus, Luc. 6. v. 7.
Infideles lucrifaciamus, Luc.
22. v. 32. **V**

*Quales ē necessitas bonorum
operarum?*

Non est necessitas violen-
tiae coactionis, sed mandati,
obligationis & divinæ ordi-
nationis.

VI.

*Suntne Ethnicorum opera
verè bona?*

F **Mo-**

Moraliter & Philosophicè bona dici possunt, sed non spiritualiter & Theologicè: quia carent fide, sine qua impossibile est placere DEO, *Hebr. 11. v. 6.* & destituuntur vero fine, nempè DEI gloria, quam gentes non quæsiverunt.

VII.

*Quomodo bona opera Deo
placent?*

Placent Deo, non propter qualitatē operis, nec propter dignitatem operantis, Sed i. quia persona Deo est reconcilia-

ciliata. 2. Operum imperf-
etio , Christi perfectione
completa. 3. **Quia à Spiritu**
sancto profecta. 4. **Quia fi-**
dei & renovationis sunt te-
stimonia.

APHORISMI.

1. *Bona opera non praecedunt ju-
stificandum , sed sequuntur justifica-
tum.*

2. *Ubi opera non appareat ex-
trà , fidem ne credas esse intrà .*

3. *Fides spiritualis lux est ani-
ma , opera verò lucis illius quasi ra-
dix , ubi igitur lux est interius , ibi
radices suos profert exterius , Matth.
5. v. 16.*

4. *Non solum ex fide bona ope-
ra pro-*

ra proficiscuntur, sed etiam nulla sunt verè bona opera, nisi ex fide proficiscantur.

5. Sicut in non renatis, nulla spiritualis vita & regeneratio, ita etiam nulla iisdem, Deo placens spiritualis operatio.

6. Bonæ actiones, sine fide, propriè bona opera non sunt, nec Deo placere possunt, in personā enim non placente, & nondum reconciliata omnia opera sunt inyzata.

7. Renatorum verò opera ideo placere Deo dicuntur, quia à personā reconciliata ex fide proficiscuntur.

8. Et quia à fidelī & justificato proveniunt, idcirco ipsa justificare non possunt. Sunt opera justificatorum, sed non justificantia, placent Deo, sed per se non placant Deum.

9. In

9. In bonis operibus nulla sunt
merita, quia sunt imperfecta & jam
amè Deo debita, *Luc. 17. v. 7.*

10. Vita igitur eterna est donum
Dei gratiarum, non nostrorum operum
meritum.

11. Quicquid merito adscribi-
tur, gratia detrahitur.

12. Bona opera non nominibus,
sed adverbiosis sunt judicanda, hoc est,
non tantum bona dici debent, sed &
benè fieri & ad gloriam Dei dirigi.

13. Quacunq; opera per se bona,
& à Deo praecepta non sunt debito
fine, ad gloriam Dei, per accidens si-
unt peccata.

14. Quando sancti dicuntur per-
fecti & immaculati, justi & irrepre-
hensibles, intelligendum id est,
non legaliter, sed Evangelice, non

simpliciter, sed comparatè; non in-
basivè, sed imputativè; non perfectio-
vè, sed inchoativè; non effectu, sed
affectu. Sapient. 17. v. 1. Psal. 119.
v. 1. Lnc. 1. v. 6.

स्वरूपः तत्त्वः निष्ठा

LOCUS XV.

DE PRECATIONE SIVE INVOCATIONE RELIGIOSA.

I.

Quid est precatio?

Est præcipuus Dei cultus,
quo ex fide, propter me-
diatorem, bona necessaria à
Deo

Deo petimus, vel eidem pro
acceptis gratias agimus.

II.

Cur est orandum?

Requirit id 1. Mandati di-
vini majestas. Psal. 50. vers. 15.
Invoca me in die tribulationis.
Matth. 7. v. 7. Petite, quærite,
pulsate.

2. Promissionis de exaudi-
tione veritas. Psal. 50. Eruam-
te, & glorificabis me. Esai. 56.
24. Priusquam clament, ego au-
diam. Johan. 16. 23. Amen,
amen dico vobis, quicquid pe-
tieritis à patre in nomine meo,
dabit vobis.

3. Exemplorum authoritas.
Orat Christus ipse, Johan. 17.
Matth. 11. Luc. 22. Orant Sancti
in veteri novo Testamento.

4. Nostra necessitas, Matth.
26. v. 41. Vigilate & orate, ne in-
cidatis in tentationem.

5. Precum utilitas Jacob. 5.
v. 16. Multum valet deprecationis
justi assidua.

III.

Quis est invocandus?

Unus & solus verus & vi-
vus Deus, qui est Pater, Fili-
us, & Spiritus Sanctus, unus
in essentiâ, trinus in perso-
nis, Deut. 6. v. 13. Matth. 4.
v. 10. Matth. 6. v. 4.

Quid

IV.

*Quidnam in Oratione
petendum?*

Omnia bona, sive spiritu-
alia, quæ animæ salutem, sive
corporalia, quæ vitæ hujus
necessitatem concernunt;
*Spiritualia quidem sine ex-
ceptione & conditione, corpo-
ralia vero cum conditione di-
vinæ voluntatis, gloriæ, no-
stræq[ue] salutis.*

V.

Pro quibus est orandum?

Cùm pro nobis ipsis, tùm
pro aliis omnibus, sive ami-
cis, sive inimicis, sive sanis,

sive ægrotis, in primis autem
pro fidei & confessionis con-
sortibus, Matth. 7.v.7.1. Ti-
moth. 2,1.1. Cor. 1,2. Matth.
5. v. 45.

VI.

Quomodo est orandum?

In nomine Christi. Joh. 16.
v. 2. Joh. 14. v. 14.

In verâ fide & indubitatâ
fiduciâ. Matth. 21. 22. Jacob.
1. v. 7. 1. Joh. 5. v. 10.

In spiritu & veritate, Joh.
4. 29. hoc est, ex conscientia
purâ, & devotione non simu-
lata.

Quan-

VII.

*Quando & ubi est oran-
dum?*

*Omnis tempore & loco;
quoties necessitas nostra ex-
eget, Ephes. 6, 18. Esa. 26. v.
56. I. Tim. 2. v. 4.*

*Ut tua pertingat penetretq;
oratio cœlos,
Corde sit ex puro, sit bre-
vis atq; frequens.*

APHORISMI.

I. *Libenier audit Deus, quando
Christianus non solum pro se, sed &
pro altero orat. Pro se enim orare,
cogit rei necessarias, pro altero autem,
admonet fraternitatis charitas.*

2. Dulcior apud Deum est ora-
rio, non quam rei necessitas imperat,
sed quam fruerna charitas commen-
dat.

3. DEUS, quod concessurus est,
eisi differt, non auferit, non levitatem
ducitur, qui promisit non facile de-
ficiet, dimovetur, quod promisit
est fixum, fallere non potest, habes
unde facias.

4. Quod orantes sapè non exan-
dimur; utilitatis nostra est, non ad-
versariis: multo ies enim Deus non
exaudit ad voluntatem, ut exaudiatur
ad salutem.

5. Postquam egressa est ex ore
nostro oratio, indubitanter unum ex
duobus sperare possumus, aut enim
dabit Deus quod petimus, aut quod
nous utilius.

6. Re-

o. Requisita vera orationis his
verbis expressis Hugo, Orandum est:
ad quem? ad Deum: Cui? fidei.
Cur? Ob Crucem. Quomodo? in si-
de Christi. Quando? omni tempore.
Unde? Ex corde & omni loco.

7. Paulus Apostolus, 1. Tim. 2.
v. 1. quatuor orationis recenset spe-
cies.

1. Deprecationem; ut Deus mala
auferat.

2. Precationem, ut bona conferat.


3. Intercessionem, vel pro amicis,
vel contra inimicos & persecutores.

4. Gratiarum actionem, pro bo-
nis collatis, malis ablatis, vel etiam
penitentia irrogatis.

8. Invocatio Sanctorum &
intercessio pro defunctis, nullum habet
in sacra Scriptura precepit, nul-
lum

lum promissum, nullum legittimum
exemplum.

9. Sancti enim in Scripturā ho-
noramus, nūspiam religiosè adoran-
tur. Mortui verò, si beati, preces no-
stras non requirunt, si damnati, iisdem
juvari nequeunt.



Locus XVI.

DE SACRA- MENTIS.

I.

Quid hoc loco significat voce
Sacramentis?

SAcramentum hoc loco, si-
gnificatione Ecclesiasticā
deno-

denotat ceremoniam divinitus institutam, ad obsignandum & applicandum bona in verbo promissa.

II.

Quid est Sacramentum?

Sacramentum est actio sacra & solennis, divinitus instituta, in qua Deus, per ministrum suum dispensat rem certam, peculiari verbo institutam ad offerendam, & credentibus applicandam & obsignandam promissionem Evangelii propriam.

Quæ

III.

*Quæ requiruntur ad Sa-
cramentum?*

Duo: Verbum & Elemen-
tum. Hinc regula: Accedat
Verbum ad Elementum, &
fit Sacramentum.

IV.

*Quid intelligitur per
verbum?*

1. Verbum mandati sive
divina institutio, per quam
Elementum à communi usu se-
paratur, & ad usum Sacra-
mentalem destinatur.

2. Verbum promissionis
sive

sive Evangelica promissio,
qua per Sacramentum applicatur & ob-signatur.

V.

Quid intelligitur per Elementum?

Materia visibilis, sive signum & symbolum in verbo institutionis definitum.

VI.

Quænam est materia Sacramentorum?

Materia Sacramenti est res certa in verbis institutionis definita Estq; duplex. 1. Visibilis & terrena. 2. Invisibilis

Iis & cœlestis. Ultraque unicuique Sacramento propria,
& ex institutione Sacramenti dijudicanda.)

VII.

Quanam est forma Sacramentorum?

Est ipsa Sacramenti administratio & dispensatio,
consistens in exhibitione & sumptione, prout in verbis institutionis expressa & definita.

VIII.

*Quotuplicia sunt Sacra-
menta?*

Du-

Duplicia: Alia fuerunt
Veteris; alia jam sunt Novi
Testamenti.

IX.

*Quot fuerunt veteris Testa-
menti Sacra menta?*

Duo: Unum initiationis,
Circumcisio; alterum Confirmationis, Agnus Paschalis.

X.

*Quot sunt Sacra menta
novi Testamenti?*

Itidem duo: Unum initiationis, Baptismus; alterum confirmationis, Cœna Domini.

Quis

XI.

*Quis est finis Sacra-
mentorum?*

Principalis Sacramento-
rum finis est 1. Ut sint in-
strumenta & media, gratiam
Dei offerentia & conferen-
tia. 2. Ut sint sigilla & pigno-
ra, promissionem gratiæ ob-
signantia.

APHORISM.

1. Humanâ auctoritate neg. Sa-
cramentum institui , neg. instituta
aliquid potest angeri vel imminui.

2. Hinc nihil habet rationem

Sa.

Sacramenti, extra actionem & usur-
pationem divinitus institutam.

3. Sacramentii vis & efficacia
non dependet à ministri intentione
vel dignitate, sed ex solius Dei institu-
tionis potentia & veritate.

4. Vim Sacramenti non mutat
vita ministri.

5. Denquoque Sacramento ju-
dicandum ex propriâ sede, institutione
& divinâ ordinatione.

6. Fides uentis non pertinet ad
substantiam Sacramenti constitutio-
nem, sed ad salutarem ejusdem par-
ticipationem ; Fides non facit Sacra-
mentum esse, sed predeesse.


7. Sacramenta sunt signa, non
tantum significativa, sed & afferentia
& ob significativa.

8. Conseruans Sacramenta in
com-

communi administratione; differunt
in diverso ad ministracionis modo &
ratione.

9. Hinc analogia sive conformi-
tatis Sacramentorum in iis rebus qua-
renda est, qua sunt omnibus Sacra-
mentis communes, non qua sunt cuique
Sacramento propria.

10. In veteri Testamento erat
repräsentatio & adumbratio, in
novo Testamento exhibitio
est & communi-
catio.



LO-

Locus XVII. *DE BAPTISMO.*

q. l.

Quid est Baptismus.

Est prius novi Testamen-
ti Sacramentum ab ipso
Christo institutum, quo ho-
mo vivus, in nomine Patris,
Filii & Spiritus sancti, in a-
quam mergitur, vel aquâ
adspergitur, ut regeneratus
& renovatus fiat hæres vitæ
æternæ.

Quis

II.

Quis est Autor Baptismi?

Ipse Deus, *Luc. 3. vers. 2.*
Johan. 1. v. 33. Matth. 21. v.
15. Luc. 3. v. 30. Johan. 3. vers.
22. & cap. 4. v. 1. Matth. 28.
vers. 19.

III.

Quinam debent Ba-
puzare?

Ordinariè ministri Eccle-
 siæ, legitimè vocati, quibus
 certo mandato potestas ba-
 ptizandi concessa.

IV.

Quænam est materia Ba-
pismi?

Terre-

Terrena Baptismi materia est aqua naturalis, *Joh.* 3.
v. 5. *Ephes.* 5. *v. 26.* *Johan.* 1.
v. 33. *Actor.* 8. *v. 38.* *Actor.* 2.
v. 41. *Cap.* 12. *v. 47.*

Cœlestis verò est sacro-sancta Trinitas, *Matth.* 28.
v. 19.

V.

Quæ est forma Baptismi?

Est immersio hominis in aquam, sive adspersio, vel affusio aquæ, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti.

VI.

Quinam sunt baptizandi?

G 1. Omnes

1. Omnes infantes Christianorum parentum, sive ex ipsis nati, sive in plenâ & solâ illorum potestate constituti.

2. Omnes adulti, postquam Christianam religionem amplexi sunt & professi.

VII.

Quinam sunt fructus frue effectus Baptismi?

1. Emundatio à peccatis.
Ezech. 36. v. 25. Act. 2. v. 38.

2. Regeneratio & renovatio per Spiritum sanctum,
Joh. 3. v. 5. Tit. 3. v. 5. &c seq.

3. Q-

3. Omnium beneficiorum
Christi participatio, Galat.

3. v. 27.

4. Vita & salus æterna,
Marc. 16. v. 16. 1. Pet. 3. v. 31.

APHORISMI.

1. In Baptismo DEUS agit per
Ecclesie ministros; hos enim constitu-
it mysteriorum suorum dispensatores
& œconomos; 1. Cor. 4. v. 1.

2. Ministrorum viuum, non
tollit Baptismi essentiam & benefi-
cium.

3. Ubicunque substantialia Ba-
ptismi integra, & secundum institu-
tionem inviolata obseruantur, verè &
rectè infantes baptizantur.

4. Heretici in articulo sacrosan-

et Trinitatis errantes, verum Baptismum non administrant: ac proinde ab ipsis baptizati, ad nos venientes non rebaptizantur; sed recte baptizantur.

5. In casu summa necessitatis licet etiam privato baptizare: ordo enim Sacramentis inservit, non autem imperat.

6. In casu necessitatis intius est aliquid extraordinariè agere, quâm contra Dei mandatum aliquid committere vel omittere.

7. Nec aqua sine verbo, nec verbum sine aqua, sed verbum aqua junctum, Baptismi rationem habet.

8. Libi non attendenda est aquae vilitas, & naturalis proprietas; sed divina institutionis & ordinationis maiestas.

9. Trina an una fiat immersio
vel adspersio, ad Baptismi indegrita-
tem nihil intereat. In tribus mer-
tionibus, personarum Trinitas, in
una, designari perest Divinitatis
Unitas.

10. Adeat in Baptismo S. S. Tri-
nitas: Deus Pater Baptizatum in gra-
tiam recipit; Filius suo sanguine à
peccatis emundat; Spiritus sanctus
ad vitam aeternam renodat & rege-
nerat.

11. Habent infantes per Baptis-
mum, internum fidei actum, licet
nos non assequamur ejusdem sensum
& effectum.

12. Infantes Christianorum sine
Baptismo decendes, destinuntur
quidem ordinatio salutis medio: non
tamen excludantur à Christi meri-

10, neg, à cœlestis regni consortio: Non enim privantur Baptismo per conscientiam, sed per necessitatis articulum.

13. Ceremonia in Baptismo sunt libertatis, non necessitatis; à quibus tamen abesse debet supersticio, & culmis opinio.

14. Idem iudicium est de Exorcismo, toleratur ille ut ceremonia libera, non ut necessaria, cuius duriora verba, commodiori sensu explicanda; non enim in Baptismo demones expelluntur, sed peccata remittuntur.



Locus XVIII. *DE SACRA COENA.*

I.

Quid est Cœna Domini?

Est alterum novi Testamenti Sacramentum, à Christo institutum, in quo verum corpus & verus sanguis Domini nostri JESU Christi, in & sub pane & vino, omnibus manducantibus & bibentibus verè distribuitur, & promissio gratiæ singularis credentibus applicatur & obsignatur.

G 4

Quis

II.

Quis instituit sacram Cænam?

Ipse Christus, Deus & homo, verax, sapiens & omnipotens.

III.

Ubi continetur institutio sacra Cæna?

Describitur illa à tribus Evangelistis, Matth. 26. v. 26. Marc. 14. v. 22. Luc. 22. v. 19. & repetitur à Paulo, I. Cor. II. v. 13.

IV.

Quanam est sacra Cæna materia?

Sacra

Sacra Cœna duabus rebus
constat; terrenâ, pane & vi-
no: & cœlesti, corpore &
sangvine Christi sacramen-
taliter unitis.

V.

*Quid est unio Sacra-
mentalis?*

Est consecrati panis cum
corpore, & vini benedicti
cum sanguine Christi, mysti-
ca (vera tamen & realis, non
imaginaria, verbalis aut mē-
talnis) conjunctio, quâ virtute
ordinationis & institutionis
divinæ, in legitimo usu, unâ

G 5

cum

cum pane & vino verum
Christi corpus, & verus
Christi sanguis, distribuitur,
sumitur, manducatur, & bi-
bitur.

VI.

*Quānam est forma Sacra-
menti Cenæ?*

Tota Sacramentalis actio,
constans panis & vini bne-
dictione, distributione, man-
ducatione & bibitione,

VII.

*Qualis est in sacrâ Cenâ
manducatio & bibitio?*

Non est merè naturalis,
nec

nec est merè spiritualis , sed sacramentalis , quā in unico & individuali Sacramento , vi institutionis Christi , Panis & Corpus Christi simul ore manducantur : Vinum & sanguis Christi simul ore bibuntur , mysticè per & propter unionem sacramentalem .

VIII.

Qui sunt hospites sacræ Cœna?

Omnes Christiani adul-
ti , qui seipso probare , & ad
usum sacræ Cœnæ præpara-
re possunt .

G 6

Quo-

VIII.

Quotuplices sunt illi?

Duplices : Digni & Indigni.

IX.

Quid in sacrâ Cenâ accipiunt digni?

Integrum Sacramentum, tûm quoad externum usum & Sacramenti substantiam, quam accipiunt manducatione sacramentali, & ore corporis; tûm quoad intetnum usum, & salutarem efficaciam, quam percipiunt manducatione spirituali, & ore fidei

ad

ad salutem, & peccatorum remissionem.

X.

Quid accipiunt indigni?

Integrum quidem Sacramentum, quo ad extermum usum, & Sacramenti substantiam, idque ore corporis & manducatione sacramentali, sed quia fide prædicti non sunt, destituuntur intemo sacramenti fructu & efficacia, ad sui judicium & damnationem.

XI.

*Qui sunt fructus Cœnae
Dominice?*

I. Fi.

1. Fidei confirmatio, & promissionis de remissione peccatorum ob-signatio. 2. Christi in credentibus inhabitatio. 3. Beneficiorum Christi memoria, & gratiarum actio. 4. Vitæ novitas, & mutua dilectio. 5. Publicorum conventuum nervus, & doctrinæ confessio.

APHORISMI.

1. Credite orationes, quia etiamnum illa Cœna celebratur, in quâ Christus recumbebat; nihil quippe interest inser illam & hanc: Non enim haec ab homine, sed à Christo conficiuntur; nisi sacerdotis, sed Christi ma-

stī manū ad te porrigi arbitrari.
Chrysostomus.

2. Hoc est quod dicimus, & modis omnibus approbare contendimus; Sacramentum hoc dñobus confici, dñobus constare; visibiliſ elemen- torum specie, & indisibili Domini nostri Jeſu Christi carne & ſanguine. Irenaeus.

3. Panis & vinum ſunt expreſſa in Christi ordinatione media, que ut ſane iſtituta, ita purè reiinenda.

4. Natura ſymbolorum, nec quantitas nec qualitas quicquam de-rogat, modo ipſa panis & vini ſub-ſtantia maneat; non ſumimus mal- tum, ſed parum, ut agnoscamus, ſu- mi iſta, non ad ſaturitatem, ſed ad ſanctificationem.

5. Distinctè manducatio, distinctè bibitio est instituta, quæ duo conjuncta, ad unum requiruntur Sacramentum. Quod Christus conjunxit, homo ne separet unquam.

6. Propria Sacramenti sedes alibi quarenda non est, quam in verbis institutionis, quæ continentur in variâ & conformi trium Evangelistarum descriptione, & Paulinâ repetitione.

7. Literalem verborum sensum meriù retinemus, & quod ratione non assequimur, fide credimus.

8. Damus Christo hunc bonorem, quod vi sua promissionis corpus & sanguinem suum exhibere posset, licet quomodo fieri, vel fieri posset, non assequamur.

9. Verbum audimus, modum
negoci-

nescimus, potestiam agnoscimus, praesentiam credimus: Plus enim DEUS præstare potest, quam nos intelligimus,
Ephes. 3. v. 20.

10. Unum idemque corporis & sanguinis Christi Sacramentum sumunt boni ad emolumendum, mali ad tormentum.

11. Aliud est edere & bibere, aliud credere: illud dignorum pariter & indignorum est, & respicit Sacramenti substantiam: hoc vero dignorum tantum, & respicit ejusdem salutarem efficaciam.

12. Sumit unus, sumunt mille; Quantum isti, tantum ille: Nec sumitus absumitur. Sumunt boni, sumunt mali; sorte tamen iniquali, vita vel interitus. Nulla rei sit scissura, signi tantum su fractura: Quia
nec

nec stans, nec statura, signati minui-
tur.

13. Sicut in omnibus, ita in hoc
etiam mysterio multum adjuvas cor
fidi, nosse, quid credendum non sit,
etiam disputandi facultate id resuta-
re non possit.

14. Oret interim quilibet cum
Ambrosio: Doce me, Domine JESU,
per Spiritum tuum, tantum myste-
rium tractare, eā reverentiā & ho-
nore, eaq; devotione, quibus oportet
& decet. Fac à Domine Iesu Chri-
ste, me per gratiam tuam, illud de
tanto mysterio credere, intelligere,
sentire, & firmiter retinere, dicere,
& cogitare, quod tibi placet,
& expedit anima mea,
Amen.

LO-

Locus XIX.

DE ECCLESIA.

I.

Quid est Ecclesia?

EST cœtus hominum,
ministerio verbi & Sa-
cramentorum , ad regnum
Dei vocatorum, in quo cœ-
tu, semper sunt aliqui verè
pii, perseverantes in verâ fide
usque ad finem, quibus mix-
ti sunt multi non sancti , pro-
fessione tamen doctrinæ
consentientes.

Quo-

II.

*Quomodo Ecclesia di-
viditur?*

Dupliciter:

I. Pro diverso membro-
rum Ecclesiae statu, dividitur
illa in militantem in his ter-
ris; & triumphantem in cœ-
lis.

II. Pro diversâ membro-
rum qualitate & considerati-
one, illa ipsa Ecclesia militans
dividitur in visibilem, sive
externum cætum vocatorum,
ex bonis & malis constantem;
& invisibilem, sive cætum
ele-

*electorum, qui ratione exter-
na conversationis in Ecclesiâ,
visibiles quidem sunt; ratio-
ne fidei autem, & internâ
regenerationis invisibles, &
soli Deo cogniti, 2. Timoth. 2.
vers. 18.*

III.

*Quæ sunt Ecclesiæ Epitheta
sive attributa?*

*Quatuor, in Symbolo A-
postolico assignata: 1. quod
sit: Una. 2. Sancta. 3. Catho-
lica & 4. Apostolica.*

IV.

Quare dicitur Una?

Ab

Ab Unitate fundatoris,
fundamenti, spiritus & com-
munionis, Ephes. 4. v. 3. &
seq. 1. Cor. 3. II.

V.

Quare dicitur sancta?

A sanctissimo capite Chri-
sto, cuius sanguine mundata
est, & sanctificata, ut in san-
ctitate fidei, & Charitatis ex-
ercitiis perpetuo occupata
sit, Ephes. 5. vers. 25. & seq.
Luc. I. v. 75.

VI.

*Quare dicitur Catho-
lica?*

Ca.

Catholica seu Universa-
lis dicitur. 1. Ratione loco-
rum, quia per totum orbem
terratum diffusa, & nulli cer-
to loco hodie est affixa. 2 Ra-
tione temporis, quia omni-
bus mundi statibus extitit.
3. Ratione hominum, quia
ex omnium hominum na-
tionibus & generibus colle-
cta.

VII.

Quare dicitur Apostolica?

Quia est Apostolorum
voce & ministerio collecta,
in doctrinæ Apostolicæ ve-
ritate

ritate informata, illorumq;
sangvine & martyrio confir-
mata, Ephes. 2. v. 19. & 20.

VIII.

*Quæ sunt notaæ veræ
Ecclesia?*

Tres potissimum.

1. Verbi sinceritas *Johan.*
19. v. 27. *I. Timoth.* 3. v. 15.
Johan. 8. v. 12.

2. Sacramentorum inte-
gritas. *I. Cor. 10. v. 17.*

3. Ordinis & disciplinæ
autoritas, *Colos. 2. v. 5.* *I. Co-
rintb. 14. v. 40.*

Quæ

IX.

*Quæ & qualis est Ecclesiæ
Auctoritas.*

Magna & multiplex ; attamen scripturæ subordinata. 1. enim, habet autoritatem testis, sacras literas & verbi puritatē ad posteros bonā fide transmittentis. 2. habet autoritatem interpretis, scripturam per scripturam explicantis, & dogmata sacra propagantis. 3. habet autoritatem judicis, verum à falso secundum scripturæ Canonem, & Spiritus sancti decreta, discer-

Hnen-

nentis. 4. habet autoritatem vindicis, scandala fidei & vita rejicientis & reprobantis.

X.

*Quis est finis collectae
Ecclesiae?*

Dei gloria & Electorum
salus æterna.

APHORISMI.

1. *Distinctio Ecclesiae in visibilēm & invisibilem, non ponit duas distinctas Ecclesias; sed cælum vocatorium, secundum diversum contemplandi modum considerat.*

2. *Internum Ecclesia decus consistit in fide & renovatione, inq; vice aeterna communione.*

3. Re-

3. Regeneratio & renovatio reguntur infirmatibus carnis; communio vita eterna, adversitatibus crucis & mortis; atque eo nomine Ecclesia est invisibilis.

4. Externum Ecclesia decus consistit. 1. in sincera verbi predicatione & professione. 2. in legitima Sacramentorum dispensatione. 3. in ordinata & decenti rerum Ecclesiasticarum administratione, quo respectu dicitur Ecclesia visibilis.

5. Ut igitur quis sit verum Ecclesia membrum, non sufficit exteriora ejusdem doctrina professio, & eundem Sacramentorum participatio; sed accedat oportet, interna Spiritus sancti regeneratio, renovatio & inhabitatio.

6. Extra Ecclesiam visibilem non quarenda est invisibilis; sed hæc illi est inclusa: quia extra cælum vocatorum non sunt quarendi electi.

7. Sicut in arca Noë, animalia Munda & immunda; in grege Iacobii, alba & nigra: ita Ecclesia ab hypocritis nunquam est pura segregata.

8. Evidens est distinctio inter electos & hypocritas; illi sunt membra Ecclesiae vera & diva; hi verò putrida & emorta: illi internè, hi tantum externe; illi judicio Dei, isti judicio hominum; illi sunt de Ecclesia, hi tantum sunt in Ecclesia.

9. Que preter verbi prædicationem & Sacramentorum administrationem, ab aliis afferuntur notæ Ecclesia, non sunt infallibiles; sed aliis

alius etiam cætibus , præter Ecclesi-
am , communes , ac' proinde ad evi-
denter Ecclesia certitudinem nimis
debiles .

10. Quia verbo & Sacramentis,
traditionum humanarum stipula se-
pè admiscentur ; inde Ecclesia dicitur
purior vel impurior .

11. Qualis doctrina , talis est
Ecclesia . Apostolica doctrina deno-
minat Apostolicam Ecclesiam .

12. Ecclesia non erat , quatenus
sequitur vocem Christi , & dictum
Spiritus sancti :

13. Ecclesia militans in terris ,
seminarium est Ecclesia trium-
phantis in cælis .



Locus XX.

DE MINISTERIO ET REGIMINE EC- CLESIASTICO.

I.

*Quomodo Deus Ecclesiam col-
lit & administrat? ?*

Mediatè per Ecclesiæ mi-
nistros ordinarios.

II.

*Quid est minister Ec-
clesia?*

Est persona divinitùs vo-
cata & ordinata , ad docen-
dum verbum DEI, & legiti-
mè

mē administrandum Sacra-
menta, juxta Christi institu-
tionem.

III.

*Quānam est legitimæ
vocatio?*

Quam Deus ipse vel im-
mediatè vel mediatè per Ec-
clesiam, certo ordine & le-
gibus in verbo expressis: per-
ficit.

IV.

Quid est ordinatio?

Est vocationis legitimæ
publica & solennis testifica-
tio, quā in conspectu DEI

& Ecclesiæ à ministerio ordinario, persona vocata, è reliquâ multitudine , per manuum impositionem separatur, precibus DEO commendatur, & vocationi antegressæ publicum testimonium defertur.

V.

Quodnam est officium Ministerii Ecclesiae?

1. Verbum DEI purè docere.

2. Sacra menta integrè administrare.

3. Se-

3. Se ipsum exemplar fidei
& vitæ præbere.

4. Disciplinam Ecclesiasticam studiosè curare.

VI.

In quoniam consistit disciplina Ecclesiastica?

In potestate clavium, &
curâ decentis ordinis.

VII.

Quid est potestas clavium?

Est, quâ Ecclesiæ ministri ex mandato Christi peccatores poenitentes absolvunt, Impenitentes verò, retentis pec-

H 5 catis

catis à communione Ecclesiae excludunt.

VIII.

Quotuplex est potestas clavium?

Duplex: Solvens, seu Absolutio; & ligans, sive excommunicatio.

IX.

Quid est Absolutio?

Est remissionis peccatorum, & gratiae annuntiatio, loco & mandato Christi,

X.

Quid est Excommunication?

Est

Est retentionis peccato-
rum & iræ divinæ denuncia-
tio & à communione Eccle-
siæ exclusio. ♂

XI.

*In quo consistit cura de-
centis ordinis?*

Ut in Ecclesiâ , omnia , in
primis Ceremoniæ & adia-
phora,fiant ordine & decen-
ter,ad ædificationem , non
ad destructionem.

XII.

*Quænam dicuntur Adia-
phora?*

Res indifferentes , & or-
dinationes de Ceremoniis ac
H 6 ritibus

ritibus externis, ut pote circa
discrimina temporum, Festo-
rum, vestium, item circa
cantiones, lectiones, statas,
preces, & id genus exercitia
sacra: quæ cum à Deo, ne-
que inandatae sint, neque pro-
hibitæ, idcirco libere vel ob-
servari vel intermitteri pos-
sunt, modò absit supersticio,
& vitetur scandalum.

XIII.

Quid est scandalum?

Scandalum est quodcunq;
dictum vel factum, quo alter
deterior redditur.

Quo-

XIV.

*Quotuplex est scan-
dalum.*

Duplex: Datum & acce-
ptum.

XV.

Quid est datum?

¶ *Quando falsâ doctrinâ, vel
impiò dicto factâve, aliquis
offenditur, Matth. 18. v. 6.*

XVI.

Quid est acceptum?

*Quando verâ doctrinâ &
honestâ vitâ, homines impii
& hypocritæ offenduntur.*

Res,

Res enim bonæ neminem offendunt, nisi malam mentem.

APHORISMI.

1. In ministerio Ecclesiastico consideranda est legitima vocatio & fidelis ejusdem administratio.
2. Vocat Deus, vel immediatè, ut Prophetas & Apostolos; vel mediatè, ut hodiè Ecclesia ministros.
3. Vocatio immediata plerumq; locum habet in Ecclesia vel constituta vel repurganda.
4. Immediatè vocati, ut plurimum miraculorum potestate sunt instructi, & ad nullum certum locum alligati.
5. Mediata vocatio non minus divina est, quam immediatas quippe

ab ipso spiritu sancto per Ecclesia praconium profecta. Acter. 20. v. 28.

6. Ius docandi ministros, totius est Ecclesia; non solius presbyterii, nec solius magistratus, neque solius plebis: sed peragitur a Magistratu, personam denominante; populo consentiente, vel non contradicente; & presbyterio probante, & ordinante: quae ordinatio totius vocationis est confirmatio.

7. Qnod de vocatione, id ipsum etiam de remotione ministrorum asseritur. Sicut unius status absolute non est, ministrum verbi docere; ita ejusdem non est, eundem absolute & simpliciter ab officio removere. Cheminitus in Questionibus, vom Besruff der Prediger / quastione ultima.

8. illi in omni actione, ita in Ecclesiastica vocatione, omnis praecipitansia est perniciosa. Quemadmodum igitur sine pravia Ecclesia deliberatione, nemo recte vocatur; ita sine ordinaria causa cognitione, nemo legitimè removable, 1. Tim. 5. v. 19. Chemnit. ibidem.

9. Ceremonia libera privatâ autoritate non sunt introducenda nec abroganda.

10. Ob scandalum datum, nihil malum, vel in fide, vel in vita est committendum: ob scandalum vero accepitum nihil boni in iisdem est committendum.



LO.

LOCUS XXI.

DE ORDINE POLITICO.

I.

*Quot sunt partes ordinis
politici?*

DUæ : Magistratus & sub-
diti ; quorum ille regit :
hi reguntur.

II.

Quid est magistratus ?

Magistratus est persona à
Deo ordinata ; ut extemam
hominum societatem, hone-
stis legibus, decalogo confor-
mibus,

mibus, regat ; bonos defen-
dat, malos verò punitat.

III.

*Quotuplex est magi-
stratus?*

Duplex : Superior , qui
pleno imperio gaudet.

Inferior, qui ita aliis præ-
est, ut superiori subsit : uterq;
tamen à Deo, I. Petr. 2. v. 13.
Et 14. Rom. 13. v. 1.

IV.

*Quednam est officium
magistratus?*

Triplex potissimum : 1.
Dei

Dei cultum & verbum, ejus
que ministros amare, fovere
& tueri. 2. Justitiam & ju-
dicum administrare. 3. Pa-
cem & libertatem publicam
conservare: & pro eâ vel de-
fendendâ vel recuperandâ
legitimis armis dimicare.

V.

*Quinam appellantur
subditi?*

*Qui sub ordinariâ legi-
timi magistratus potestate
constituti sunt, in ea regione,
cui magistratus præst, cu-
jus-*

juscunque sint conditionis,
Rom. 13. v. 2.

VI.

Quodnam est officium subdi-
sorum?

Exhibere magistratui ho-
norem, timorem, fidelita-
tem, obedientiam, tributa &
preces.

APHORISMI.

1. Magistratus utriusque Tabu-
la custos est, quoad externam disci-
plinam: dominatur populis, non pe-
rò conscientiis.

2. Nec ad falsam neque ad veram
religionem cogere debet magistratus.
Non ad falsam, ne facias hypo-
critas;

critas; neq; ad veram: hac enim spon-
sè suscipi debet, non vi cogi. Religio-
nis non est religionem cogere.

3. Legitimi belli conditiones sunt:
ut geratur autoritate superiorum; ut
causa sit justa, & intentio bona.

4. Causa belli tres sunt, 1. ju-
sta defensio. 2. justa pena. 3. legiti-
ma recuperatio.

5. Intensio bona est, quando
pacem cupit voluntas, & bellum im-
perat necessitas; & idcirco bellum ge-
ritur, ut pax acquiratur.

6. Subdit vel merè tales sunt,
vel in partem potestatis recepti.

7. Merè subditis, si mandatur
aliquid, quod grave & durum, fe-
rendum est: si quod impium & ini-
quum; tum præponenda potestas Nau-
winis, & postponenda potestas hominis.

8. Qui

8. Qui verò subditi in partem
potestatis recepti sunt, illi crescenti po-
tentia possunt habendas injicere.

9. Tributa debentur magistrati, ratione laboris, gubernationis & defensionis.

10. Tributa debent esse moderata, ex subditorum facultate, & Republica necessitate estimanda.

ଶ୍ରୀନାଥମୁଖୀ ପ୍ରକଟଣାକାରୀ

Locus XXII. *DE CONFUGIO.*

I

Quid est Conjugium?

Est unius maris, uniusq;
fœminæ, legitima con-
ju-

junctio, à DEO instituta , ad
vitæ confortium , & humani
generis augmentum.

II.

Quæ requiruntur ad legiti-
mum Conjugium ?

Duo : 1. Utriusque par-
tis consensus, isque licitus,
honestus, justus, liber, plenus
ac sincerus.

2. Ne prohibiti cognatio-
nis gradus violentur.

III.

Ubi fundata est prohibi-
tio graduum?

Par-

Partim in sacris literis,
Levit. 18. & 20. partim in le-
 gibus civilibus & politicis,
 utili consilio & majoris re-
 verentia ergo à Magistratu
 sancitis.

IV.

*Quousq; se extendit prohibi-
 tio graduum?*

In linea recta, prohibitio
 se extendit in infinitum; in
 linea collaterali, usque ad
 tertium gradum lineæ æqua-
 lis inclusivè tam in consan-
 ginitate, quam affinitate.

Quo-

V.

Quomodo communiter gradus suppiciantur?

Id ostendunt sequentes regulæ.

1. In linea recta tot sunt gradus, quot personæ, unâ demitâ.

2. In linea collaterali æquæli, quot gradibus una persona distat à stipite. tot gradibus distat etiam ab altera.

3. In linea collaterali inæquæli, quo to gradu remotor persona distat à stipite, tot etiam distat ab altera.

I

A PHO-

APHORISMI.

1. Conjugia piorum non sunt fortuita, sed fatidia, quia à Deo sancta & ordinata, adeoq; sancta & DEO grata.

2. Conjugium omnibus est libertus; illis autem, qui dono continenciae prædicti non sunt, etiam necessarium.

3. Parum polygamiam DEUS toleravit, non vero mandavit.

4. Consensus comprehendit absq; consensu parentum inefficax est, & requiriatur non tantum honestatis, sed & necessitatis causa.

5. In iis gradibus, ubi dispensatio locuta habet, videndum, ne dissipatio fiat dissipatio.

6. In conjugione matrimoniorum

ali, non tantum quid licet, sed &
quid deceat, & quid honestum sit, spe-
ctandum est.

7. Multa impediunt matrimo-
nium contrahendum, que non dis-
tingue contractum.

8. Virginitas corporis absq; vir-
ginitate mentis hypocritica est, & con-
jugio casto non conferenda; sed longe
postponenda: Quid enim prodest caro
integra, mente corrupta.

9. Bonus bene utitur conjugio,
malus nec conjugio, nec virgi-
nitato recte uti-

IHR.



Locus XXIII.

DESTATU HOMINIS POST HANC VITAM.

I.

*Quænam circa hominem post
hanc vitam confide-
randa?*

Quinque : 1. Mors. 2.
Mundi consummatio.
3. Mortuorum resuscitatio.
4. Resuscitatorum judicium.
5. Judicorum vel salus, vel
damnatio æterna.

II.

Quid est mors?

Est pœ-

Est poena humano generi
propter peccatum irrogata,
corporis & animæ unionem
dissolvens.

III.

Quis est status corporis post mortem?

Corpus in terram reconditur, & in eandem, unde desumptum est, resolvitur.

IV.

Quis est status animæ post mortem?

Piorum animæ sunt in manu Dei, expectantes gloriosam corporis resurrectionem,

& plenariam glorificatione.
Impiorum animæ sunt in lo-
co tormentorum, expectan-
tes ignominiosam corporis
conjunctionem, & æternam
damnationem, Sapient. 3. v.
1. Luc. 16. v. 22.

V.

**Quis & qualis erit finis
mundi?**

Erit subita & inexpecta-
ta cœli & terræ , & omnium
in iis contentorum , per i-
gnem consumtio , quâ cœli
magno fragore transibunt &
ardentes solventur; clementa
lique-

liquecent: Terra & quæ in
ipsa sunt, exurentur, 2. Thes-
sal. 1. v. 8. 2. Petr. 3. vers. 7.
10. 12.

VI.

*Quid in fine mundi de homi-
nibus futurum est.*

Qui mortui sunt, omnes
resurgent. Qui verò in die
novissimo vivi deprehen-
dentur, immutabuntur, quæ
immutatio morti erit analoga & conformis, 1. Corinth.
15. vers. 51.

VII.

*Quid est resurrectione mor-
tuarum?*

Est corporum ab anima
separatorum restitutio, & ite-
rata cum anima conjunctio,
facta potente Filii Dei vir-
tute, & verbo, ut morte vi-
ta, homines immortales
facti, perpetuo vivant, sive, in
gloriâ, sive in ignominiâ.

VIII.

*Quinam sunt resurre-
cturi?*

Omnis homines, qui ab
initio mundi, usque ad finem
ejusdem, unquam fuerunt
mortui, sive boni, sive mali,
Matth. 25. Joh. 5. v. 28.

Quo

IX.

*Quo discrimine resur-
gent?*

Illi, qui bona egerunt, re-
surgent ad vitam & gloriam;
mali ad judicium & ignomi-
niam.

X.

*Qualia erunt corpora re-
suscitatorum?*

Piorum corpora erunt im-
mortalia, incorruptibilia,
gloriosa, potentia & spiritu-
alia.

Impiorum verò, immor-
talia quidem erunt, & incor-
ruptibilia; sed ignominiosa

& abominanda, quibus immortalitas nulli felicitati, sed nunquam terminandis doloribus, cedet.

*Immortalitas immortali nulli felicitati cedet
sit unprostigatio XI. vixim vixit que-
renz zu frustis & castigationibus.*

*Quid est extremum Ju-
diciu[m]?*

Actus ille judicialis, quo Christus Salvator noster formâ visibili è cœlo reversus, *Autor. I. p. II. cum gloriâ & majestate ineffabili, vi-
vos & mortuos judicaturus est, Matth. 25. v. 31. Rom. 14.
10. Autor. 10. D. 42.*

Quis

XII.

Quis erit judicii finis, & quænam executio?

Electorum æterna vita &
gloria ; damnatorum mors
& æterna ignominia.

XIII.

Vitæ æternæ gloria inef-
fabilis est & inæstimabilis,
1. Cor. 2, 9. ita ut definiri ne-
queat. Interea scimus & cre-
dimus, Esse vitam æternam:
beatitudinem illam , in quâ
electi cum Dco & Angelis in
æternum vivent , de mundi

hujus miseriis triumphabunt,
DEUM sine fastidio am-
bunt, sine satietate colent, &
sine fine intuebuntur.

XIV.

Quid est mors æterna?

Est horribilis & imper-
serutabilis damnatorum
conditio, quâ à conspectu &
gratiâ DEI in æternum ex-
clusi, & infernum inclusi, ex-
quisitissimi corporis & ani-
mæ tormentis æternum cru-
ciabuntur.

XV.

Quid est infernus?

Est

Est locus ille damnatorum poenitentiarum destinatus & preparatus, quem, ubi sit, non curiosè queramus; sed quomodo eundem effugere possimus, studiosè cogitemus.

APHORISMI.

1. Non datur post hanc vitam locus aliis intermediis, ubi non sis, nisi in supplicio, qui non est constitutus in regno, ut possit esse, nisi cum Diabolo, qui non fuerit cum Christo.

2. Purgatorium est Ethnicorum inventum, Pontificiorum cornuuum, indulgentiarum fundatum, conscientiarum tormentum, marsupiorum purgamentum, clericorum

corum papalium incrementum, &
simplicium laicorum terriculamen-
tum.

3. In resurrectione mortuorum,
non tantum resurget omnis caro; sed
& eadem, qua cecidit, caro.

4. In illa natura Christus appa-
rebit ad iudicium, quam sibi per in-
carnationem univit: Ipsa erit iudex,
qua sub judice stetit: Ipsa iudicabit,
qua iudicata est.

5. Vita eterna Rex erit Trini-
tas; Lex Charitas; modus eternitas.

6. Beatitudo vite eterna con-
fissi in remotione omnium malorum,
& posuione omnium bonorum.

7. Sex sunt cause, quare Sancti
in eternum gaudebunt. 1. Deus,
quem videbunt. 2. Loci amoenitas,
quam possidebunt. 3. Jucunda so-
cetas

cieras, in qua regnabunt. 4. Corporis glorificatio, quam habebunt. 5. mundus, quem conseruerunt. 6. Infernus, quem evaserunt.

8. Una omnibus erit vita, una beatitudo; alia tamen atq[ue] alia gloria. Una salus communis erit; sed gloria dispar.

9. Vita verò damnatorum erit mortifera, & mors immortalis; ita vivent, ut semper moriantur; ita morientur, ut semper vivant. Bernhar.

10. In carne cruciabuntur per ignem; In animâ, per conscientia vermem. Idem.

11. Gravis erit illorum pæna, propter tormentorum acerbitatem, gravior propter suppliciorum diversitatem, gravissima propter cruentum eternitatem.

12. Quem-

12. Quemadmodum in Cælo aliis alio gloriōsior; ita in inferno erit aliis alio miserior.

13. Tunc est infernum effugere, quām ubi sit, querere

14. Nostrum polius est orare, ut ab inferno nos custodiat, qui infernum destruxit, & ad vitam nos perducat, qui vita dux est, Christus Iesu, cum Patre & Spiritu sancto benedictus in secula.

A M E N.



SYM-

Introductio in Augustanam Confessionem

Vivendum hic

1. Isopix et. c. que commode trahi potest.

1. Quis? Et. c.

2. Curator! Elector Sax: Iohannes occasione indictorum à Carolo V. comitionem negotium dedit Theologis Wittenbergensibus ut confessionem fidei componant.

2. Author! D. M. Lutherus cuius hoc à Theologis injunctum qui et xxv articulorum conscripsit quos Elector secum Augustam Vindelicorum semper fit prefentibus Theologis contumioavit quorum sententias Philippus Melanchthon una cum xxv articulis Luth: cuius ut plurimum vestra re, ubinuit, collagis, conformansq; ad Lutherum Cobarti ab Electore relato ad videndum remisit.

3. Exhibitor! Elector Iohannes ejus filius Princeps Iohannes Fredericus Marchio Brandeb: Georg: Ernesti Dux Lüneb: cum suo fratre Franciose Phi: Lip: Land: Hess: Wolfgang: Dux Anhaltia et civitat: Norimberga et Reutlingia.

2. Cui? Carolo V. Fratris suo Ferdinando et reliquo Electoribus.

3. Ubi? Augusta Vindelicorum

4. Quando? A: 1530 d: 25 Junij.

5. Quomodo? Pralegit eam idiomate germanico eorum modo dictis D. Christ: Baiensis electoris cancellarius.

6. Cur? Ad regallandar Pontificiorum columnas in Lutheranos paxim sparsas.

7. Oikonomix. Et. c. confitat xxviii articulis, quorum quidam

8. Doctrinales namer: xxii et continentur his verbis.

Soll & Sprift dor woren stunden droht 2.

Zon wegen hirsel Tafel 3 gesetzt &

Erwilt ißt dünge wortz zum gesetzam an 6

In finos dünge, soll man pfif davon 8

Tauf 9 und graffmeile 10 haupt dom zu jüll

Herr sind lobet n end biffal 12

Glaub 13, heilz gottz priester 14, pty

Gelt dünge gerasch 15, und gotting 16

Dor dünge kompl 17, folg nuff dom milien 18

glos tünd 19, bratt zahlt zu offidion 20

Herr dirfet nuff befallen kann

Gottz hirz groligen missen an 21.

2. Abusum nū VII.

3. Del Neigemele wird soll ausgeschondt

1: de om: sub una:

2. Die quicquid q: dengū rosfund

1: de conjug: si coelibato clericorum:

3. Man sollt diez lieb dor Mission tan

1: de Mission:

4. Die opernheit wird soll gespant

1: de confess: auerillen:

5. Del script: amicitia ist auf: 1: de discrimine ciborum:

6: de virtus: Miliformis: de votis monasticis:

7. Uno lige: Prostern: iheratorm: 1: de potestate clericorum:

Gottes Dor wir fürtan sind frey.

SYMBOLUM
Apostolorum.

Credo in DEUM Patrem
omnipotentem, crearem cæli &
terra.

B in Iesum Christum Filium
eius unicum, Dominum nostrum: qui
concepitus est de Spiritu sancto, natus
ex Maria virginе: passus sub Pontio
Pilato, crucifixus, mortuus, & sepul-
sus: descendit ad inferos: tercia die
resurrexit à mortuis: ascendit ad
cælos, sedet ad dexteram Dei Patris
omnipotentis: inde venturus est ju-
dicare vivos & mortuos.

Credo in Spiritum sanctum: san-
ctam Ecclesiam Catholicam: San-
ctorum communionem: Remissio-
nem

nem peccatorum : Carnis resurrectionem : Et vitam eternam. -

SYMBOLUM

Nicenum.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem caeli & terre, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natus ante omnia secula: Deum de Deo, & lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendis de cælis: & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus

factus est: crucifixusq; pro nobis sub
Ponio Pilato, passus & sepultus est.
Et Resurrexit tertiam die, secundum
scripturas, & ascendit in caelos, & se-
det a dextris Patris. Et uerum ven-
turus est cum gloria, iudicare uidos
& mortuos; cuius regni non erit finis.
Et in Spiritum sanctum, Dominum
uideficantem, qui ex Patre & Filio
procedit qui cum Patre & Filio si-
mul adoratur & conglorificatur: qui
locutus est per Prophetas. Et unam
sanctam Catholicam & Apostolicam
Ecclesiam. Confiteor unum Bapti-
smum in remissionem peccatorum. Ex-
pecto resurrectionem mortuorum,
& vitam venturi seculi,
Amen.



SYM-

SYMBOLUM

Athanasii.

Contra Arrianos scriptum.

Quicunque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem.

Quam, nisi quisque integrum in di-
olatamq; servarerit, absq; dubio in
aternum peribit.

Fides autem Catholica hac est, ut
unum Deum in Trinitate: & Trini-
tatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque
substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia
Filii, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filii & Spiritus
sancti, una est divinitas, equalis glo-
ria, coeterna maiestas.

Qua-

Qualis Pater, talis Filius, talis
spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius,
increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius,
immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius,
aeternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres aeterni, sed unus
aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres
immensi, sed unus increatus, unus
immensus.

Similiter omnipotens Pater, omni-
potens Filius, omnipotens Spiritus san-
ctus.

Et tamen non tres omnipotentes,
sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus
Spiritus sanctus.

Etiamen non tres Dii: sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctius.

Etiamen non tres Dominis, sed unus est Dominus.

Quia sicut singulatim unam quamque personam Deum ac Dominum conficeri, Christiana veritatis compellimur.

Ita tres Deos, ac tres Dominos dicere, Catholicâ religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus, à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

I unus ergo Pater, non tres Patres;
I unus Filius, non tres Filii; I unus
Spiritus sanctus, non tres Spiritus
sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius,
aut posterius, nihil maius, aut mi-
nus.

Sed tunc tres personae, coeterae
sibi sunt & corequales: ita, ut per o-
mnia, sicut supra dictum est, & Tri-
nitatis in unitate, & Unitas in Trinita-
te veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, ita de
Trinitate sentias.

Sed necessarium est ad eternam
salutem, ut incarnationem quoque Do-
mini nostri Iesu Christi fideliter credas.

Est ergo fides recta, ut credamus
& confiteamur, quia Dominus no-

ster

bis

ster Iesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus ex substantia Patris ante secula genitus, & homo ex substantia Matris, in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humilitatem.

Qui, licet DEUS sit & HOMO, non duo tamen, sed unus est Christus. unus autem, non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Ithus omnino, non confusione substantiae, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & ca-

ro, unus est homo : ita Deus & Homo,
unus est Christus.

*Qui passus est pro nostrâ salute:
descendit ad inferos : terciâ die re-
surrexit à mortuis.*

*Ascendit ad cælos : sedet ad dexte-
ram Dei Patris omnipotentis.*

*Inde venturus est judicare vivos
& mortuos.*

*Ad cuius adventum, omnes homi-
nes resurgere habent cum corporibus
suis.*

*Ei reddituri sunt de factis pro-
priis rationem.*

*Ei qui bona egerunt, ibunt in vi-
tam aeternam : qui verò mala, in
ignem aeternum.*

*Hac est fides Catholica, quam ni-
si quisque fideliter firmiterq; credide-
rit, salvus esse non poterit.*

EPHESINÆ SYNODI
determinationes, istis Ana-
thematismis à Cyrillo Ale-
xandrino con-
ceptæ.

I.

Si quis non confiteretur, DEUM esse
 veraciter Emmanuel, & propterea
 Dei genitricem, sanctam virginem
 (peperit enim secundum carnem,
 carnem factum Dei Verbum, secun-
 dum quod scriptum est, Verbum ca-
 ro factum est) anathema sit.

2. Si quis non confiteretur, carni
 secundum substantiam unitum DEI
 Patris Verbum, unumq[ue] esse Chri-
 stum cum propria carne, eundem sci-
 licet Deum simul & hominem, ana-
 thema sit.

3. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, sola eas connexione conjungens, eamque quae secundum carnis dignitatem sit, vel eiusam autoritatem & potestatem, ac non potius convenit, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

4. Si quis in personis duabus vel subsistentiis eas voces, que in apostolicis scriptis continentur & Evangelicis, dividit, vel que de Christo dicuntur a sanctis, vel ab ipso: aliquas quidem ex his, velut homini, qui praeter DEI verbum specialiter intelligatur, apaverit, illas autem tanquam dignas DEO, soli DEI patris verbo depuaverit, anathema sit.

5. Si quis audet dicere, hominem

nem Christum θεοφόρον, id est, dei-
ferum, ac non potius Deum esse ve-
racuer, dixerit, tanquam Filium per
naturam, secundum quod verbum
caro factum est, & communicavit,
similiter ut nos, carni & sanguini,
anathema sit.

6. Si quis dicit, Deum esse vel
Dominum Christi Dei Patris verbum,
& non magis eundem ipsum confite-
tur Deum simul & hominem, pro-
pterè quod Verbum caro factum est,
secundum scripturas, anathema sit.

7. Si quis velut hominem, Je-
sum operante Deo verbo dicit adju-
vum, & unigeniti gloriam, tanquam
alteri prater ipsum existentii tribuit,
anathema sit.

8. Si quis audet dicere assump-
tum hominem coadordanum DEO
Verbo,

Verbo, & conglorificandum & con-nuncupandam Deum tanquam alterum cum altero (Nam consyllaba superadjecta hæc cogit intelligi) ac-non potius unâ supplicatione veneratur Emanuel, unamq; ei glorificationem dependit, juxta quod Verbum caro factum est, anathema sit.

9. Si quis unum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit à Spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum usus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam, contra immunidos spiritus, posse & coram hominibus divina signa perficere, ac non potius primum fatebitur eius Spiritum, per quem divina signa expletit, anathema sit.

10. Pontificem & Apostolorum confessionis nostra factum esse Christum,

stum, divina scriptura commemorat. Oblulit enim semel ipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum DEI Verbum, quando caro factum est, & homo juxta nos homines; sed velut alterum prater ipsum specialiter hominem ex muliere: aut qui dicit, quod pro se obnubisset semel ipsum oblationem, & non potius pro nobis solis (non enim equum oblatione, qui peccatum omnino nescivit) anathemasit.

II. Si quis non confitetur, carnem Domini vivificatricem esse, & propriam ipsius verbi Dei Patris; sed velut alterius prater ipsum, conjuncte eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non

non potius vivificatricem esse; quia facta est propria Verbi cuncta vivificare valentis, anathema sit.

12. Si quis non confuetur Deum verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est, & vivificator ut Deus, anathema sit.

CONFESSIO FIDEI in Chalcedonensi Synodo edita.

Sanctos itaq; Patres sequentes, unum & eundem confidemus Filium, Dominum nostrum Iesum Christum, & concorditer docemus omnes: perfectum in divinitate, & eundem perfectum in huma-

mitate, verum Deum & verum hominem, eundem ex rationali anima & corpore; coëssentialem Patri secundum divinitatem, & coëssentialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem, dempto peccato: ante secula quidem genitum ex Patre, secundum divinitatem, postremis vero diebus proprios, & propriam nostram salutem, ex Maria virgine, & Deipara, secundum humanitatem: unum & eundem Iesum Christum, Filium P EI, Dominum & unigenitum, in duabus naturis, inconfusè, inconvertibili ser, indivulsè, & inseparabiliter manifestatum: haudquaquam differentia naturarum propriar unitatem sublata; sed magis utrisque natura in unam personam, & unam hypo-
stas-

stas in concurrens) proprietate ser-
vata: non ut in duas personas bi-
paritatur, aut dividatur, sed ut sit
unus & idem Filius unigenitus,
Deus Verbum & Dominus noster Je-
sus Christus: sicut de illo olim Pro-
pheta vaticinari sunt, & ipse nos
Christus instruxit, ac Petrum
Symbolum nobis tra-
didit.



CONFESSIO FIDEI
exhibita Invictiss. Imperat.
CAROLO V. Cæsari August.
in Comitiis Augustæ Anno
M. D. XXX..
ARTICULI FIDEI
PRAECIPUL.

De I. Quod

Eccl^{esi}a magno consen-
tu apud nos docent, Decre-
tum Nicenæ Synodi, de uni-
tate essentie divina, & de tribus per-
sonis, verum & sine ulla dubitatio-
ne credendum esse fidelicet, quod
sit una essentia divina, qua & ap-
pellatur & est Deus, eternus, incor-
porens, impartibilis, immensâ po-
tentia, sapientia, bonitate, creator
& conservator omnium rerum, vi-
sibili-

sibilium & invisibilium, & tamen
tres sint persona, ejusdem essentiae
& potentia, & coeterne, pater,
Filius, & Spiritus sanctus. Et no-
mine personae intulerunt eam significati-
one, quā usi sunt in hac causa scri-
tores Ecclesiastici, ut significet non
partem aut qualitatem in alio, sed
quod propriè subsistit.

Damnanti omnes hereses, contra hunc articulum exortas, ut Nazianchos, qui duo principia ponebant, Bonum & Malum. Nem, Valentianos, Arianos, Eunomianos, Mahometistas, & omnes horum similes. Damnanti & Samosatevos, veteres & neotericos, qui cum tantum unam personam esse contendant, de verbo & de spiritu sancto astutè & impie rhetoriciantur, quod non sint personæ

distinctas; sed quod Verbum significes verbum vocale; & Spiritus, motum in rebus creatum.

De sec II. cato originis.

Nem Docent, quod post lapsum
Ad e omnes homines secundum natu-
ram propagari, nascantur cum pec-
cato, hoc est, sine metu Dei, sine fi-
ducia erga Deum, & cum concipi-
scentia, quodq; hic morbus, seu vi-
um originis verè sit peccatum, da-
mnavans & affterens nunc quoq; ater-
nam mortem, his, qui non renascun-
tur, per Baptismum & Spiruum
sanctum.

Damnant Pelagianos, & alios,
qui vitium originis negant esse pec-
catum, & ut extenuent gloriam me-
tui & beneficiorum Christi, dispu-
tant,

tant, hominem propriis viribus rationis coram DEO justificari posse.

De sermone III. et officio Christi.
Nem docent, quod Verbum, hoc
est, Filius DEI, assumptus huma-
nam naturam in utero Beatae Mariae
Virginis, ut sint due naturae, divina
& humana in unitate personae inse-
parabiliter conjuncta, unus Chri-
stus, verè Deus, & verè homo, natus
ex virgine Maria; verè passus, cru-
cifixus, mortuus, & sepultus, ut re-
conciliaret nobis Patrem, & hostia
essel, non tantum pro culpa originis,
sed etiam pro omnibus actualibus ho-
minum Peccatis. Idem descendit
ad inferos; & verè resurrexit tertia
die, deinde ascendit ad cœlos, ut se-
deat ad dexteram Patris, & perpe-
tuo regnet & dominetur omnibus
crea-

creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in corda eorum Spiritum sancto, qui regat, consolotur, ac vivificeret eos, ac defendat adversus diabolum, & vim peccati. Idem Christus palam est redditurus, ut iudicet vivos & mortuos, &c. juxta Symbolum Apostolicum.

De j. vii: IV. generatione.

Item docent, quod homines non possint justificari coram Deo propriis, viribus meritis aut operibus; sed gratis justificantur propter Christum per fidem, cum credunt, se in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum, qui suâ morte, pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat Deus pro justitia coram ipso, Rom. 3. C^o 4.

V.

De ministerio Ecclesie.

In hanc fidem consequamur, inserviendum est ministerium docendi Evangelij, & porrigendi Sacra menta.
Nam per verbum & Sacra menta, tanquam per instrumenta donatur Spiritus sanctus, qui fidem efficit, ubi & quando visum est Deo, in iis, qui audirent Evangelium, scilicet, quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christum justificet hos, qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi.

Demandant Anabaptistas & alios,
qui sentiunt, spiritum S. contingere sine verbo externo hominibus per ipsorum preparationes & opera.

Secundum VI. scriba.

Ilicem docent, quod fides illa debet bonos fructus parere, & quod operata

teat bona opera, mandata à Deo, facere, propter voluntatem Dei, non ut confidamus, per ea opera justificationem coram Deo mereri. Nam remissio peccatorum & justificatio fide apprehenditur, sicut testatur & vox Christi; Cùm feceritis hac omnia, dicite, servi inuitiles sumus. Idem docent & veteres Scriptores Ecclesiastici. Ambrosius enim inquit: Hoc constitutum est à Deo, ut qui credit in Christum, salvus sit, sine opere, solà fide, gratis accipiens remissionem peccatorum.

De ecclesia VII.

Item docent, quod una sancta Ecclesia perpetuo mansura, Est autem Ecclesia congregatio sanctorum, in qua Evangelium recte docebunt, & recte administrantur Sacra-

eramenta. Et ad veram unitatem Ecclesia. satis est consentire de doctrina Evangelii & administratio-ne Sacramentorum. Nec necesse est, ubique esse similes traditiones huma-nas, seu ritus aut ceremonias ab hominibus institutas. Sicut inquit Paulus: Una fides, unum Baptisma, unus Deus & Pater omnium, &c.

VIII.

De mixtione do-norum et malorum in ecclesia.

Quanquam Ecclesia propriè sit congregatio Sanctorum, & verè credentium; tamen cùm in hac vita multi hypocrita & mali admixti sint, licet uii Sacramentis, que per malos administrantur, juxia docem Christi: Sedent Scribae & Pharisai in cathedra Mosi, &c. Et Sacra-menta & Verbum proprie ordinatio-nem & mandatum Christi sunt effi-cacia;

cacia, etiam si per malos exhibeantur.

Damnant Donatistas & similes, qui negabant, licere nisi ministerio maiorum in Ecclesia, & sentiebant, ministerium maiorum in utile & inefficax esse,

De Baptismo IX. tismo

De Baptismo docent, quod su necessarium ad salutem, quod per Baptismum offeratur gratia DEL, & quod pueri sint baptizandi, qui per Baptismum oblati Deo, recipientur in gratiam Dei.

Damnant Anabaptistas, qui improbant Baptismum puerorum, & affirmant, pueros sine Baptismo salvos fieri.

De cœna X. dominica.

De cœna Domini dicens, quod cor-

corpus & sanguis Christi vere ad-
fici, & distribuantur descendibus in
Cœna Domini, & improbant seculi
docentes.

De XI. confessione.

De confessore docent, quod ab-
solutio privata in Ecclesiis retinenda
sit, quamquam in confessione non sit
necessaria omnium delictorum enu-
meratio. Ist enim impossibilis, jux-
ta Psalmum: Delicta quis intelligit?

De XII. pænitentia.

De Pænitentia docent quod la-
psis post Baptismum contingere pos-
sit remissio peccatorum quocunq[ue] tem-
pore, cum convertuntur. Et quod
Ecclesia talibus redemptibus ad pæni-
tentiā absolutionem impetriri de-
beat.

Constat autem pænitentia propriè
his

bis duabus partibus; Altera est contritio seu terrores incusati conscientiae agnito peccato Altera est fides, qua concipitur ex Evangelio, seu absolutione, & credit, propter Christum remissi peccata, & consolatur conscientiam, & ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus pænitentia.

Damnam Anabaptistas, qui negant, semel justificatos posse amittere Spiritum sanctum, Item, qui contendunt, quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint. Damnantur & Novatiani, qui solebant absolvere lapsos post Baptismum redeuntes ad pænitentiam. Rejiciuntur & isti, qui non docent remissionem peccatorum per fidem contingere; sed iubent,

bent, nos mereri gratiam per satisfactiones nostras,

XIII.

De usu Sacramentorum docent,
quod Sacra menta instituta sint, non
modo, ut sint nota professionis inter
homines; sed magis, ut sint signa C
testimonia voluntatis Dei erga nos,
ad excitandam & confirmandam fidem
in his, qui reununtur, proposita.
Itaque intendum est Sacramentis ita,
ut fides accedat, qua credat promis-
sionibus, qua per Sacra menta exhibi-
tentur & ostenduntur.

Damnamus igitur illos, qui do-
cent, quod Sacra menta ex opere ope-
rario iustificant, nec docent, fidem re-
quiri in usu Sacramentorum, qua
credat remitti peccata.

De ordine XIV.

De Ordine Ecclesiastico docent,
quod nemo debet in Ecclesia publi-
cè docere, aut Sacra menta admini-
strare nisi ritè vocatus.

De ritibus Ecclasiasticis docent,
quod ritus illi servandi sint, qui sine
peccato servari possunt, & profane
ad tranquillitatem & bonum ordi-
nem in Ecclesia, sicut certæ feriae, fe-
sta, & similia.

De talibus rebus tamen admo-
nentur homines, ne conscientia one-
rentur, tanquam talis cultus ad sa-
ludem necessarius sit.

Admonentur etiam quod tra-
ditiones humana instituta ad pla-
candum Deum, ad promerendam
gratiam, & satisficiendum pro pec-
catis,

cassis, adversentur Evangelio & doctrina fidei. Quare vota & tradizioni de cibis & diebus, &c. institutiones ad promerendam gratiam & satisfaciendum pro peccatis, iniustes sunt, & contra Evangelium.

De ordinatione. XVI. civico.

De rebus civilibus docent, quod legitima ordinatores civiles sint bona opera Dei; quod Christianis licet gerere Magistratus, exercere iudicia, judicare res ex Imperatoriis, & aliis praesentiibus legibus, supplicia jure constituere, jure bellare, militare, leges contrahere, tenere proprium - ius propriandum, postulantibus Magistratibus dare, ducere uxorem, nubere.

Damnant Anabaptistas, qui interdicunt hac civilia officia Christiana.

stianis. Damnant & illos, qui Eu-
angelicam perfectionem non collocant
in timore Dei & fidei; sed in deser-
dis cipilibus officiis, quia Evangelium
tradit justitiam eternam cordis.
Interim non dissipat Politiam aut
Oeconomiam, sed maximè postulas
conservare tanquam ordinaciones Dei,
& in talibus ordinationibus exerce-
re caritatem. Itaque necessario debent
Christiani obedire Magistratibus suis
& legibus. Nisi cum jubent pecca-
tum, tunc etiam magis debent obedire
Deo, quam hominibus. Act. s.

De acto XVII, uno in die

Item docent, quod Christus ap-
parebit in consummatione mundi ad
judicandum, & mortuos omnes re-
suscitabit, piis & electis dabit vitam
eternam & perpetua gaudia, impios
anicta

animem homines, ac diabulos condemnabit, ut sine fine trucidentur.

Damnati Anabaptistas, qui sentiunt, hominibus damnatis ac diabolis finem pœnarum futurum esse. Damnant & alios, qui nunc spargunt judaicas opiniones, quod ante resurrectionem moriorum, pii regnum mundi occupaturi sint, ubiq*z* oppressis impiis.

Capitulo XVIII.

De libero arbitrio dicent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam, & diligendas res rationi subjectas. Sed non habet vim sine Spiritu sancto efficienda justitia Dei, seu justitiae spiritualis; quia animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei; sed hac sit discordibus,

cum per verbum spiritus sanctus con-
cipitur. Hac igitur verbis dicit
August. lib. 3. Hypognosticon. Esse
fatemur liberum arbitrium omnibus
hominibus, habens quidem judi-
cium rationis, non per quod sit ido-
neum in iis; que ad Deum pertinent,
sine Deo aut inchoare, aut certè per-
agere, sed tantum in operibus vita
presentis tam bonis, quam etiam
malis: Bonis dico, quæ de bono natu-
ra oriuntur, id est, velle laborare in
agro, velle manducare & bibere,
velle habere amicum, velle habere im-
dumenta, velle fabricare domum, u-
xorem velle ducere, pecora nutrita,
ariem discere diversarum rerum bo-
narum, velle quicquid bonum, ad
presentem pertinet vitam.

Quia omnia, non sine divino gu-
ber-

bernaculo iubistunc, immò ex ipso & per ipsum sunt, & esse cœperunt. Malis verò dico, ut est, velle idolum colere, velle homicidium, &c.

Damnant Pelagianos, & alios, qui docent, quòd sine spiritu sancto, solis naturæ viribus possimus Deum super omnia diligere. Item, præcepta Dei facere, quoad substantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura possit, potest enim continere manus à furto, à cæde; tamen interiores motus non potest efficere, ut timorem DEI, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam, &c.

Q.

XIX.

De causa peccati docent, quòd sapientia Dei creat & conservat naturam, tamen causa peccati est

voluntas maiorum: videlicet diaboli & impiorum, qua non adiuvante Deo avertit se à Deo; sicut Christus ait, Joha. 8. Cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur.

Codicatio *ad* *Evangelium* *et* *contra*
de fide *et* *bonis* **XX.** *operibus*

Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta eorum, qua extant de decem praeceptis, & alia simili argumento testantur, quod utilitur docuerint de omnibus vite generibus & officiis, qua genera vita, qua opera in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parum docebant Concionatores, tantum puerilia, & non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes; cultus Sanctorum, rosaria, monachatum, & similia.

Hac

Hac adversarii nostri admoniti nunc
dediscunt, nec perinde prædicant
hac inutilia opera, ut olim. Præter-
ea incipiunt fidei mentionem facere,
de quâ olim mirum erat silentium.
Docent, nos non tantum operibus ju-
stificari, sed conjungunt fidem &
opera, & dicunt, nos fide & operibus
justificari. Quia doctrina tolerabi-
lior est priore, & plus afferre potest
consolationis, quam veius ipsorum
doctrina.

Cum igitur doctrina de fide, quam
oposset in Ecclesia præcipuum esse, iam
din jacherit ignota, quemadmodum,
fateri omnes necesse est, de fidei ju-
stitia altissimum silentium fuisse in
concionibus, tantum doctrinam ope-
rum versatam esse in Ecclesiis, nostri
de fide sic admonuerunt Ecclesias.

Principiò quòd opera nostra non possint reconciliare Deum, aut mereri remissionem peccatorum & gratiam & justificationem, sed hanc tantùm fide consequimur, credentes, quòd propter Christum recipiamur in gratiam, qui solus positus est Mediator & propitiatorium, per quem reconcilietur Pater. Itaq; qui confidit operibus se mereri gratiam, is inasperatur Christi meritum & gratiam, & querit sine Christo huminis viribus viam ad Deum, cum Christus de se dixerit: Ego sum via, veritas & vita.

Hac doctrina de fide ubiq; in Paulo tractatur: Ephes. 2. Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus,

Et ne quis cavilleatur, an nobis ne-
dam Pauli interpretationem excipi-
tatur, tota hac causa habet testimonia
Patrum. Nam Augustinus multis
voluminibus defendit gratiam &
justitiam fidei contra merita ope-
rum. Et similius docet Ambrosius de
vocatione Gentium, & alibi. Sic
enim inquit de vocatione Gentium:
Vilesceret redemptio sanguinis Chri-
sti, nec misericordia DEI humano-
rum operum prerogativa succumberet,
si justificatio, qua sit per grati-
am, meritis precedentibus debere-
tur, ut non munus largientis, sed
merces esset operantis.

Quanquam autem haec doctrina
contemnitur ab imperitis; tamen
experiantur pie ac pavidæ consciencie,
plurimum eam consolacionis

afferre, quia conscientia non possunt reddi tranquilla per ulla opera, sed tantum fide, cum certò statnunt, quod propter Christum habeant placatum Deum, Quemadmodum Paulus docet, Rom. 5. Justificati per fidem pacem habemus apud Deum. Tota has doctrina, ad illud certamen perierrefacta conscientia referenda est, nec sine illo certamine intelligi posset. Quare male judicant de ea re homines imperii, & prophani, qui Christianam justitiam nihil esse somniant, nisi civilem & Philosophicam justitiam.

Olim vexabantur conscientiae doctrinā operum, non audiebant ex Evangelio consolationem. Quosdam conscientia expulit in desertum, in monasteria, sperantes ibi se gratiam meri-

merituros esse per vitam monasti-
cam. Alii alia excogitaverunt ope-
ra, ad promerendam gratiam, & sa-
tisfaciendum pro peccatis. Ideò ma-
gnopèrè fuit opus, hanc doctrinam
de fide in Christum tradere & reno-
vare, ut deesset consolatio pavidis
conscientiis, sed scirent, fide in Chri-
stum apprehendi gratiam & remis-
sionem peccatorum, & justificationem.

Admonentur etiam homines,
quòd hic nomen fidei non significet
tantùm historię notitiam, qualis est
in impiis & diabolo; sed significet fi-
dem, qua credit non tantum histori-
am, sed etiam effectum historię, videlicet
hunc articulum remissionem peccato-
rum, quòd videlicet per Christum habemus
gratiam, justitiam, & rem: peccato-
rum. Jam qui scit, se per Christum

L s

ha-

habere proprium Patrem, is verè novit Deum, scit, se ei curæ esse, invocat eum: Deniq; non est sine Deo, sicut gentes. Nam Diaboli & impi non possunt hunc articulum credere, Rem. peccatorum. Ideò Deum tanquam hostem oderunt, non invocant eum, nihil boni ab eo expectant. August. etiam de fidei nomine hoc modo admonet lectorum, & docet, in scripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qualis est in impiis, sed pro fiducia, qua consolatur & erigit per terrefactas mentes.

Præterea docent nostri, quod recesserit, bona opera facere, non ut confidamus, per ex gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum ac gratia. Et quia per fidem accipiuntur spiritus S. jam corda renovantur,
& in-

Et induunt nodos affectus, ut parere bona opera possint. Sic enim ait Ambrosius: Fides bona voluntatis Et justae actionis genitrix est. Num humanæ vires, sine Spiritu sancto plena sunt impiis affectibus, Et sunt imbecilliores quam, ut bona opera possint efficere coram Deo. Adhac, sunt in potestate diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Quemadmodum est videre in Philosophis, qui Et ipsi conati honestè vivere, tandem non posuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribꝫ. Talis est imbecillitas hominis, cum est sine fide, Et sine Spiritu S. Et tantum humanis viribus se gubernat.

Hinc facile appareat, hanc doctrinam non esse accusandam, quod bo-

na apera prohibeat; sed multò magis laudandum, quòd ostendit, quomodo bona opera facere possimus. Nam si ne fide, nullo modo potest humana natura primi aut secundi praecepti opera facere. Sine fide non invocat Deum; à Deo nihil expectat, non tolerat crucem; sed querit humana praesidia, confidit humanis praesidiis. Ita regnant in corde omnes cupiditates & humana consilia, cùm abest fides & fiducia erga Deum. Quare & Christus dixit: Sine me nihil potestis facere, Joh. 15. Et Ecclesia canit: Sine tuo nomine, nihil est in homine, nihil est innocium.

De cultu Sanctorum XXI.

De cultu Sanctorum docent, quòd memoria Sanctorum proponi potest ut imitemur fidem eorum, & bona ope-

opera juxta vocationem. Ut Casar
iurari posset exemplum Davidis in
bello gerendo, ad defellendos Turcas
à patria. Nam uterq; Rex est. Sed
scriptura non docet invocare Sanctos,
scilicet petere auxilium à Sanctis. Quia
unum Christum nobis proponit Me-
diatorem, propitiatorium, Pontifi-
cem, & intercessorem. Hic indocan-
dus est, promisit, se exauditum
esse preces nostras, & hunc cultum
maxime probat, videlicet, ut invo-
cetur in omnibus afflictionibus. 1.
Johan. 2. Si quis peccat, habemus
advocatum apud Deum, &c.

Hac ferè summa est doctrina a-
pud nos, in qua cerni potest, nihil
inesse, quod discrepet à scripturis,
vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ec-
clesia Romana, quatenus ex Scripto-
ribus,

ribus nota est. Quod cum ita sit, inclementer iudicant isti, qui nostros pro hereticis haberi postulant. Sed dissensio est de quibusdam abusibus, qui sine certa autoritate in Ecclesiis irrepererunt, in quibus etiam, si qua esset dissensio, tamen decebat hæc lenitas Episcopos, ut propter confessionem, quam modò recensuimus, tollerarent nostros; quia ne canones quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubiqꝫ esse postulent, neque similes unquam omnium Ecclesiæ ritus fuerunt. Quanquam apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter servantur. Falsa enim calumnia est, quod omnes ceremonie, omnia vetera instituta in Ecclesiis nostris aboleantur. Verum publica querela fuit, abusus quosdam in vulgaribus

ribus ritibus harere. Hi, quia non poterant bonâ conscientiâ probari, aliqua ex parte correcti sunt.

Articuli, in quibus recensentur abusus mutati.

Cilm Ecclesie apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesiâ Catholicâ, tantum paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt, & contra voluntatem Canonum, visio temporum recepti, rogamus, ut Cesarea Majestas clementer audiat, & quid sit malatum, & qua fuerint causa, quò minus coactus sit populus, illos abusus contra conscientiam observare.

Nec habeat fidem Cesarea Majestas istis, qui, ut inflammat odia hominum.

hominum aduersus nostros, minas calumnias spargunt in populum. Hoc modo irritatis animis bonorum virorum initio præluerunt occasionem huic dissidio, & eadem arte conantur nunc augere discordias. Nam Casarea Majestas haud dubie competet, tolerabiliorem esse formam, & doctrina ceremoniarum apud nos, quam qualem homines iniqui & malevoli describunt. Porro veritas ex vulgi rumoribus, aut maledictis inimicorum colligi non potest. Facile autem hoc judicari potest, nihil magis prodesse ad dignitatem ceremoniarum conservandam, & alendam reverentiam ac pietatem in populo, quam si ceremoniae ritè fiant in Ecclesias.

De utraque Specie.

Laicis datur uirág, species sacra-
mētū in Cāna Domini, quia hic
mos habet mandatum Domini, Mat-
thai 26. Bibite ex hoc omnes. ubi
manifestè pracepit Christus de pocu-
lo, ut omnes bibant, & ne quis possit
cavillari, quod hoc ad Sacerdotes
tantum pertineat, Paulus ad Corin-
thios exemplum recitat, in quo ap-
paret, totam Ecclesiam uirág, specie-
usam esse. Et diu mansit hic mos in
Ecclesia, nec constat, quando aut quo
aut hore multatus sit, tametsi Cardi-
nalis Cusanus reciteret, quando sit ap-
probatus. Cyprianus aliquot locis
testatur, populo sanguinem datum
esse. Idem testatur Hieronymus,
qui ait, Sacerdotes Eucharistia mi-
nistrant, & sanguinem Christi po-
publis

pulis dividane. Imò Gelasius Papa mandat, ne dividatur Sacramentum, Distinct. 2. de Consecratione, cap. Comperimus. Tantum consuetudo non igit verus aliud habet.

Constat autem, quod consuetudo contra mandata Dei introducta, non sit probanda, ut testantur Canones, Dist. 8. cap. Veritate, cum sequentib.

Hac verò consuetudo non solum contra scripturam, sed etiam contra deceres Canones & exemplum Ecclesia recepta est. Quare, si qui maluerunt ultraq[ue] specie sacramenti nisi, non fuerint cogendi, ut aliter facrent cum offensione conscientia.

Et quia divisio sacramenti non convenit cum institutione Christi, solet apud nos omitti processio, qua hactenus fieri solita est.

De

De Conjugio Sacerdotum.

Publica querela fuit de exemplis
Sacerdotum, qui nou contine-
bant. Quare de causa & Pius Pa-
pa dixisse fertur, fuisse aliquas cau-
sas, cur ademtum sit Sacerdotibus
conjugium, sed multò majores esse
causas; ckr reddi debeas. Sic enim
scribit Platina: Cùm igitur Sacer-
dores apud nos publica illa scandala
vitare vellent, duxerunt uxores, ac
docuerunt, quòd liceat ipsis contra-
here matrimonium. Primum, quia
Paulus dicit: Unusquisq; habeat u-
xorem suam, propter fornicationem.
Item, Melius est nubere, quam uri.

Secundò, Christus inquit: Non
omnes capiunt verbum hoc, ubi do-
cet, non omnes homines ad cæli-
ba-

batum idoneos esse, quia Deus creavit hominem ad procreationem, Genes. 1. Nec est humana potestatis, sine singulari dono & opere Dei, creationem mutare. Igitur qui non sunt idonei ad cælibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum Dei, & ordinationem Dei, nulla lex humana, nullum votum tollere posset. Ex his causis docentes Sacerdotes, sibi licere uxorem ducre. Constat etiam, in Ecclesia veteri, Sacerdotes fuisse maritos. Nam & Paulus ait, Episcopum eligendum esse, qui sit marius. Et in Germania primum, antè annos quadrigenitos, Sacerdotes vi coacti sunt ad cælibatum, qui quidem adeò adversari sunt, ut Archiepiscopus Moguntinus publicarum edictum Romani

Ponit-

Pontificis de cāre, penē ab iratis Sacerdotibus per tumultum oppressus sit. Et res gesta est tām inciviliter, ut non solum in posterum conjugia prohiberentur, sed etiam prasentia, contra omnia jura divina & humana, contra ipsos etiam Canones factos, non solum à Pontificibus, sed à laudatissimis Synodis, distraherentur.

Et cūm senescente mundo paulatim natura humana fiat imbecillior, convenit prospicere, ne plura vicia serpant in Germaniam. Porrò Deus instituit conjugium, ut esset remedium humanæ infirmitatis. Ipsi Canones veterem rigorem interdum posterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum esse dicunt, quod optandum est, ut fiat & in hoc negotio. Ac videntur Eccle-

Ecclesiis aliquando defuncti Pastores si diuinus prohibeatur conjugium.

Cum autem exire mandatum Dei, cum nos Ecclesia nosus sit, cum impurus calibatus plurima pariat scandalum, adulteria, & alia gelera digna animadversione boni Magistratus: tamen mirum est, nullam in re maiorem exerceri saevitiam, quam adversus conjugium Sacerdotum.

Dens praecepit honore afficere coniugium. Leges in omnibus Rebus publicis bene constitutis, etiam apud Ethnicos maximis honoribus ornaverunt. At nunc capitalibus paenit excruciantur, & quidem Sacerdotes contra Canonum voluntatem, nullam aliam ob causam, nisi propter conjugium.

Paulus vocat doctrinam Damo-

nio-

niorum, qua prohibet conjugium,
1. Tim. 4. Id. facile nunc intelligi
potest, cum talibus suppliciis prohibi-
tio conjugii defenditur.

Sicut autem nulla lex humana
potest mandatum Dei tollere; ita nec
volum potest tollere mandatum Dei.
Proinde etiam Cyprianus suadet, ut
mulieres nubant, qua non servant
promissam castitatem. Verba ejus sunt
haec, lib. 1. Epist. XI. Si autem per-
severare nolunt, aut non possunt,
melius est, ut nubant, quam ut in
ignem deliciis suis cadant, certè mul-
lum fratribus aut sororibus scanda-
lum faciant. Et aequitate quādam
aruntut ipsi Canones erga hos, qui
ante justam etiam voverunt,
quomodo ferè hactenus fie-
ri consuevit.

De Misla.

Falsò accusantur Ecclesia nostra, quòd Missam aboleant, retinetur enim Missa apud nos, & summâ reverentiâ celebratur. Servantur & usitata ceremonia ferè omnes, praeterquam quòd Latinis cantionibus admiscentur alicubi Germanica, qua additæ sunt ad docendum populum. Nam ad hoc unum opus est ceremoniis, ut doceant imperitos. Et non solum Paulus præcipit uti lingvâ intellecta populo in Ecclesia, sed etiam ita constitutum est humano jure.

Assuefuit populus, ut unà utantur Sacramento, si qui sunt idonei, id quoq; auget reverentiam ac religiōnem publicarum ceremoniarum; Nulli enim admittuntur, nisi antea explorati.

Admo-

Admonentur etiam homines de dignitate & usu Sacramenti, quantum consolationem afferat pauidis conscientiis, ut discant Deo credere, & omnia bona à Deo expectare & petere. Hic cultus delectat Deum, talis usus Sacramenti alit pietatem erga Deum. Itaq; non videntur apud Adversarios Missæ majore religione fieri, quam apud nos.

Constat autem, hanc quoq; publicam & longè maximam querelam omnium bonorum virorum diu fuisse, quod Missæ turpiter prophanarentur, collata ad quæstum. Neg; enim obscurum est, quam latè pateat hic abusus in omnibus templis à qualib; celebrentur Missæ, tantum propriam mercedem aut stipendium, quin multi contra interdictum Cononam

celebrent. Paulus autem graviter minatur his, qui indignè tractant Eucharistiam, cùm ait: Qui ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Itaq; cùm apud nos ad ministerentur Sacerdotes de hoc peccato, desierant apud nos private Missæ, cùm ferò nulla private Missæ, nisi quæstus causâ fierent.

Neg; ignoraverunt hos abusus Episcopi, qui si correxisserent eos in tempore, minus nunc esset dissensionum. Ante à suâ dissimulatione multa via passi sunt in Ecclesiam serpere. Nunc ferò incipiunt queri de calamitatibus Ecclesie, cùm hic tumultus non aliunde sumferit occasionem, quam ex illisabus, qui tam manifesti erant, ut tolerari amplius non pos-

possent. Magnæ dissensionis de Missa,
de Sacramento extiterunt. Fortasse
dat pœnas orbis iam diuturna propria-
tatem. Misericordiam, quam in Ecclesi-
sticis seculis toleraverunt isti, qui
emendare & poterant & debebant.
Nam in Decalogo scriptum est: Qui
Dei nomine abutitur, non erit impu-
nitus. Si ab initio mundi nulla res
divina ita videtur unquam ad qua-
sum collata fuisse, ut Missa.

Accessit opinio, quæ auxiliis priva-
tas Missas in infinitum, videlicet,
quod Christus suâ passione satisfec-
rit pro peccato originis, & instruere
Missam, in qua fieret oblatione pro
quotidianis delictis, mortalibus &
venialibus. Hinc manavit publica
opinio, quod Missa sit opus delens
peccata vivorum & mortuorum ex-

opere operato. Hic cæptum est dispu-
tari, utrum una Missa dicta pro plu-
ribus, taniundem valeat, quantum
singulae pro singulis. Hec disputatio
peperit istam infinitam multitudi-
nem Missarum.

De his opinionibus nostri admo-
nuerunt, quod dissentiant à scriptu-
ris sanctis, & ledant gloriam Passi-
onis Christi. Nam Passio Christi fuit
oblatio & satisfactio, non solum pro
culpâ originis, sed etiam pro omni-
bus re'iquis peccatis, ut ad Hebraos
scriptum est: Sanctificati sumus per
oblationem Iesu Christi semel. Item,
una oblatione consummavit in per-
petuum sanctificatos.

Item, Scriptura docet, Nos coram
Deo justificari per fidem in Christum,
cum credimus nobis remitti peccata
pro-

propier Christum. Jam si Missa delle peccata virorum & mortuorum ex opere operato, contingit justificatio ex opere Misericordiarum, non ex fide, quod scriptura non patitur.

Sed Christus jubet facere in sui memoriam, quare Missa instituta est, ut fides in iis, qui ministrantur Sacramento, recordetur, qua beneficia accipiat per Christum, & erigat & consoletur pavidam conscientiam. Nam id est meminisse Christi, beneficia meminisse, ac sentire, quod verò exhibeantur nobis. Nec satis est historiam recordari, quia hanc etiam Iudai & impii recordari possunt. Est igitur ad hoc facienda Missa, ut ibi porrigatur Sacramentum his, quibus opus est coniulatione sic ut

Ambrosius ait; Quia semper pecco,
semper debo accipere medicinam.

Cum autem Missa sit talis communicatio Sacramenti, servatur apud nos una communis Missa, singulis feriis atq; aliis etiam diebus, si qui Sacramento velint uti, ubi porrigitur Sacramentum his, qui petunt. Neq; hic mos in Ecclesia novus est. Nam veteres ante Gregorium non faciunt mentionem privatae, Missa. De communi Missa plurimum loquuntur. Chrysostomus ait: Sacerdotem quoridam stare ad altare, & alios ad communionem accersere, alios arce-re. Et ex Canonibus veteribus apparet, unum aliquem celebrasse missam, à quo reliqui presbyteri, & Diaconi sumserunt corpus Domini. Sic enim sonant verba Canonis Niceni:

Accipiant Diaconi secundum ordinem post presbyteros , ab Episcopo vel à presbytero sacram communionem. Et Paulus de communione jubet , ut alii alios expectent , ut fiat communis participatio.

Postquam igitur Missa apud nos habet exemplum Ecclesia ex Scripturâ & Patribus , confidimus , improbari eam non posse , maximè cùm publicæ ceremonie , magnâ ex parte similes usitatis serventur , tantum numerus Missarum est dissimilis , quem propter maximos & manifestos abusus certè moderari prodesset. Nam olim etiam in Ecclesiis frequentissimis non fiebat quotidie Missa , ut restatur historia Tripartita lib. 9. cap. 38. Rursus autem in Alexandria quartâ & sextâ feriâ scriptura

leguntur, easq; doctores interpretan-
tur, & omnia fiunt praeter solennem:
oblationis morem.

De Confessione.

Confessio in Ecclesias apud nos non
est abolita. Non enim solet por-
rige corpus Domini, nisi anteà explo-
ratis & absolvitis. Et docetur popu-
lus diligentissimè de fide absolu-
tis, de qua ante hec tempora magnum
erat silentium. Docentur homines,
ut absolutionem plurimi faciant, quia
~~per~~ vox Dei, & mandato Dei pronun-
cieantur. Ornatur potestas clavum,
& commemoratur; quamam confo-
lacionem afferat perterrefactis con-
scientiis, & quod requirat Deus fi-
dem, ut illi absolutioni tanquam vo-
ci de celo sonanti credamus, & quod
illa

illa fides in Christum verè consequatur & accipiat remissionem peccatorum. Anteā immodecē extollebantur satisfactiones: Fidei verò & meriti Christi, ac justitiae fidei nulla fibat mentio, quare in hac parte minime sunt culpanda Ecclesia nostra. Nam hoc etiam adversarii tribuere nobis coguntur, quod doctrina de pænitentia diligentissimè à nostris tractata ac patefacta sit.

Sed de Confessione docent, quod enumeratio delictorum non sit necessaria, nec sibi onerande conscientia curā enumerandi omnia delicta, quia impossibile est omnia delicta recitare, ut testatur Psalmus: Delicta quis intelligit? Item Jeremias: Primum est cor hominis, & inscrutabile. Quod si nulla peccata nisi recitata

remitterentur, nunquam acquiescere conscientia possent, quia plurima peccata neq; vident, neq; meminisse possunt. Testantur & veteres Scriptores, enumerationem non esse necessariam. Nam in Decretis citatur Chrysostomus, qui sic ait: Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; apud alios te accuses, sed obedire te volo Propheta dicenti: Revela ante Deum viam tuam. Ergo tua confusere peccata apud Deum verum iudicem cum oratione. Delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientia tua memoriâ &c. Et glossa de pænitentia, Dist. 4. c. Considerat, fatetur, humani juris esse confessionem. Verum confessio, cum propter maximum absolutionis beneficium, cum propter alias conscientiarum utilitates apud nos retinetur.

De

De discrimine ciborum.

Publica persuasio fuis non tantum vulgi, sed etiam docentium in Ecclesias, quod discrimina ciborum, & similes traditiones humane sint opera utilia ad promerendam gratiam & satisfactoria pro peccatis. Et quod sic senserit mundus, apparet ex eo, quia quotidiè instituebantur novae ceremonia, novi ordines, novae feriae, novi jejuniū, & doctores in templis exigebant hæc opera tanquam necessarium cultum ad promerendam gratiam, & vehementer terrebant conscientias, si quid omitterent. Ex haec persuasione de traditionibus multa incommoda in Ecclesia secula sunt.

Primò obscurata est doctrina de
M 6 gra-

gratia & justitia fidei, quae est præcipua pars Evangelii, & quam maximè oportet extare & eminere in Ecclesia, ut meritum Christi benè cognoscatur, & fides, quæ credit remitti peccata propter Christum, longè supra opera collocetur. Quare & Paulus in hunc locum maximè incabit, legem & traditiones humanae removet, ut ostendat justitiam Christianam aliud quiddam esse, quam hujusmodi opera, videlicet fidem quæ credit peccata gratis remitti propter Christum. At hac doctrina Pauli penè tota oppressa est per traditiones, quæ pefererunt opinionem, quod per discrimina ciborum, & similes cultus, oporteat mereri gratiam & justitiam. In pænitentia nulla mentio siebat de fide, tantum
hac

hac opera satisfactoria proponebantur, in his videbatur pænitentia solita consistere.

Secundò, ha traditiones obscuraverunt praecepta Dei, quia traditiones longè preferebantur praeceptis Dei, Christianismus totus putabatur esse observatio certarum feriarum, rituum, jejuniorum, vestitus. Ha observationes erant in possessione honestissimi tituli, quod essent vita spiritualis, & vita perfecta. Interim mandata Dei juxta vocationem, nullam laudem habebant, quod Paterfamilias educabat sobolem, quod mater pariebat, quod Princeps regebat Rempublicam, hac putabantur esse opera mundana & imperfecta, & longè deteriora illis splendidis observationibus. Et hic error dalde cruciatus

ciavit pias conscientias, quae dolebant se teneri imperfecto vita genere, in conjugio, in magistratibus, aut aliis functionibus civilibus, mirabantur Monachos & similes, & falsò putabant illorum observationes Deo gratiores esse.

Tertio traditiones attulerunt magna pericula conscientiis, quia impossibile erat omnes traditiones servare, & tamen homines arbitrabantur, has observationes necessarios esse cultus. Gerson scribit, multos incidisse in desperationem, quosdam etiam sibi mortem concidisse, quia senserant, se non posse satisfacere traditionibus, & interim consolationem nullam de justitia fidei & de gratia audierant.

Videmus Sunmistas & Theologos

gos colligere traditiones, & querere
memorias, ut levent conscientias, non
satis tamen expediant, sed interdum
magis injiciunt laqueos conscientiis.
Et in colligendis traditionibus ita
fuerunt occupatae Schola, & conciliorum
scripturam, & querere utilorem do-
ctrinam de fide, de cruce de spe, de
dignitate civilium rerum, de conso-
latione conscientiarum in arduis ten-
tationibus. Itaq; Gerson, & alii qui-
dam Theologi graviter questi sunt se
his rixis traditionum impediri, quo
minus versari posse in meliore ge-
nere doctrine. Et Augustinus vetat
onerare conscientias huiusmodi ob-
servationibus, & prudenter admonet
Januarium, ut sciat eas indifferenter
observandas esse, sic enim loquitur:

Qua-

Quare nostri non debent videri hanc causam temere attigitse, aut odio Episcoporum, ut quidam falso suspicantur. Magna necessitas fuit de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus male intellectis, admovere Ecclesias. Nam Evangelium cogit urgere doctrinam in Ecclesiis, de gratiâ & justitiâ fidei, qui tamen intelligi non potest, si putent homines, se mereri gratiam per observationes ab ipsis electas. Sic igitur docuerunt, quod per observationem traditionum humanarum non possumus gratiam mereri, aut justificari, quare non est sentiendum, quod hujusmodi observationes sint necessariis culius. Addunt testimonia ex Scriptura, Christus Matth. 15. excusat Apostolos, qui non servaverant u-

fita-

statam traditionem, que tamen videbatur de re non illicita, sed media esse & habere cognationem cum baptismatibus legis, & dicit: Frustrè colunt me mandatis hominum. Igitur non exigit culum inutilem. Et paulo post addit: Omne quod intrat in os, non inquinat hominem. Item Rom. 14. Regnum Dei non est esca aut opus, Colos. 2. Nemo judicet vos in cibo, potu, Sabbato, aut die festo. Item, si mortui estis cum Christo, ab elementis mundi; Quare tanquam viventes in mundo decreta facitis? Ne aitingeras, Ne gustes, Ne coniretes. Actor. 15. ait Petrus: Quare tentatis Deum, imponentes jugum super cervices discipulorum, quod negavimus, neque Patres nostri portare posuimus, sed per gratiam Domini nostri

stri Iesu Christi credimus salvati,
quemadmodum & illi: Hic vetus Pe-
trus onerare conscientias pluribus ri-
tibus sive Mosis, sive aliis. Et 1. Tim.
4. vocat prohibitionem ciborum do-
ctrinam daemoniorum, quia pugnat
cum Evangelio, talia opera institue-
re aut facere, ut per ea mereantur
gratiam, aut quod non possit existere
Christianismus sine tali cultu.

Hic objiciunt adversarii quod no-
stri prohibeant disciplinam & mor-
tificationem carnis, sicut Jovinianus:
Verum aliud deprehendetur ex scri-
ptis nostrorum. Semper enim docue-
runt de cruce, quod Christianos o-
porteat tolerare afflictiones. Hac est
vera, seria & non simulata mortifi-
catione, variis afflictionibus exerceri
& crucifigi cum Christo.

Insuper docent, quod quilibet Christianus debeat se corporali disciplinā, aut corporalibus exercitiis & laboribus sic exercere & coercere, ne satanas aut defidia extimulet ad peccandum, non ut per illa exercitia mereamur gratiam, aut satisfaciamus pro peccatis. Et hanc corporalem disciplinam oportet semper urgere, non solum paucis & constitutis diebus, sicut Christus præcipit: Cadere, ne corpora vestra graventur crapulā. Item: Hoc genus demoniorum non ejicatur, nisi jejunio & oratione. Et Paulus ait: Castigo corpus meum, & redigo in servituum. Ibi clare ostendit, se ideo castigare corpus, non ut per eam disciplinam mereatur remissio peccatorum, sed ut corpus habeat obnoxium & idoneum ad res spirituales, & ad

Et ad faciendum officium juxta vocationem suam. Itaq; non damnantur ipsa jejumia, sed tradiciones, quae certos dies, certos cibos prescribunt, cum periculo conscientia, tanquam istiusmodi opera sint necessarius cultus. Servantur tamen apud nos plerique tradiciones, quae conducunt ad hoc, ut res ordine geratur in Ecclesia, ut ordo lectionum in Missa, & precipua feria. Sed interim homines admonentur, quod talis cultus non iustificet coram Deo; & quod non sit ponendum peccatum in talibus rebus, si omittantur sine scandalo. Hac libertas in ritibus humanis non fuit ignota Patribus. Nam in oriente alio tempore servaverunt Pascha, quam Roma, & cum Romani propter hanc dissimilitudinem accusarent Orientem

tem schismatis, admoniti sunt ab aliis, tales mores non oportere ubiq^{ue} similes esse. Et Irenaeus inquit, dissonantia jejunii, fidei consonantiam non solvit: Sicut & Dist. 12, Gregorius Papa significat, saltem dissimilitudinem non lacerare unitatem Ecclesie. Et in historia Tripartita lib. 9. multa colliguntur exempla dissimilium rituum, & recitantur haec verba: Mens Apostolorum fuit non de diebus fistis sancire; sed prædicare bonam conservationem & pietatem.

De votis Monachorum.

Quid de votis Monachorum apud nos doceatur, melius intelliget, si quis meminerit, qualis status fuerit Monasteriorum, quam multa contra Canones in ipsis Monasteriis quodidicè

tidie fiebant. Augustini tempore erant libera collegia, postea corrupta disciplinā, ubiq̄ addita sunt vota, ut tanquam excogitato carcere disciplina restitueretur. Addita sunt paulatim supra vota aliae multæ observationes. Et hac vincula multis ante justam etatem contra Carones injecta sunt. Multi inciderunt ergore in hoc vitæ genus, quibus etiam si non deessent anni, tamen justum de suis viribus defuit. Quis sic irriti erant, cogebantur manere etiam si quidam beneficio Canonum liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in Monasteriis virginum, quam Monachorum, cum sexui imbecilliori magis parcendum esset. Hic rigor displicuit multis bonis viris ante haec tempora, qui videbant puellas & adole-

adolescentes in Monasteria detrudi
propter vietum, videbant, quām in-
feliciter succederet hoc consilium,
quae scandal a pareret, quos laqueos
conscientius injiceret. Dolebant au-
toritatem Canenam in re periculo-
sissimā omnino negligi & contemni.

Ad hac mala accedebat talis per-
suasio de votis, quam constat etiam
olim displicuisse ipsis Monachis, si
qui paulo cordatores fuerunt, doce-
bant vota paria esse Baptismo, doce-
bant se hoc vita genere mereri re-
missionem peccatorum, & justifica-
tionem coram Deo. Imò addebat,
vitam Monasticam non tantum ju-
stitiam mereri coram Deo, sed amplius
etiam, quia servaret non modo pre-
cepta, sed etiam consilia Evangelica.

Ita persuadebant Monasticam Pro-
fessio-

fessionem longè meliorem esse Baptis-
mo, vitam Monasticam plus mereri,
quam vitam Magistrorum; vitam
Pastorum & similium, qui in man-
datis Dei sine factius religionibus
sue vocationi serviantur. Nihil horum
negari potest, extant enim in libris
eorum.

Quid fiebat postea in Monaste-
riis? Olim erant schola sacrarum li-
terarum, & aliarum disciplinarum,
qua sunt utiles Ecclesiae, & sumeban-
tur inde Pastores & Episcopi. Nunc
alia res est, nihil opus est recitare
nota. Olim ad discendum convenie-
bant, nunc singunt institutum esse
vita genus ad promerendam grati-
am & justitiam, imò prædicant esse
statum perfectionis, & longè præfe-
runt omnibus aliis vita generibus à
Deo ordinatis.

Hec

Hac ideo recitavimus, nihil odiosè exaggerantes, ut melius intelligi possit de hac re doctrina nostrorum. Primum de his, qui matrimonia contrahunt, sic docent apud nos: quod licet omnibus, qui non sunt idonei ad cælibatum, contrahere matrimonium, quia vota non possunt ordinacionem ac mandatum Dei tollere. Est autem hoc mandatum DEI propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam. Neque mandatum solum, sed etiam creatio & ordinatio DEI cogit hos ad conjugium, qui sine singulari DEI opere non sunt excepti, juxta illud: Non est bonum homini esse solum. Igitur non peccant isti, qui obtemperant huic mandato & ordinationi DEI. Quid potest contra haec opponi? Exaggeret aliquis obli-

N

gatio-

gationem voti quantum volet, tam
en non poterit efficere, ut volunt
 sollat mandatum Dei. Canones do-
 cent in omni voto, ius superiores ex-
 cipi, quare multò minus hac vota
 contra mandata Dei valent.

Quod si obligatio votorum nullas
 haberet causas, cur mutari posse, nec
 Romani Pontifices dispensassent. Neq;
 enim licet homini obligationem, qua
 simpliciter est juris divini, resinde-
 re. Sed prudenter judicaverunt Ro-
 mani Pontifices, aequitatem in hac
 obligazione adhibendam esse. Ideo sa-
 pè de votis dispensasse leguntur.

Nota est historia de Rege Arrago-
 num, revocato ex Monasterio, & ex-
 tan exempla nostri temporis.

Deinde cur obligationem exaggerant
 adversarii, seu effectum voti, cum us-

terim de ipsa voti natura sileant, quod
debet esse in re possibili, quod debet
esse voluntarium, sponte; & consul-
tum conceptum. Si quomodo sit in
potestate hominis perpetua castitas,
non est ignotum. Et quoinsquisque
sponit & consulto ~~votis~~? Puella &
adolescentes, priusquam judicare pos-
sunt, persuaderunt ad votandum, in-
terdum etiam cognuntur. Quare non
est equum, iam rigide de obligatione
disputare, cum omnes fateantur, con-
tra votinaturam esse, quod non spon-
te, quod inconsulto admittuntur. Ple-
rique Canones rescindunt vota ante
annum 15. contracta, quia ante illam
etatem non videntur tantum esse ju-
dicari, ne de perpetua vita constitui
possit. Alius Canon plus conce-
dens hominum imbecillitati, addit-

annos aliquot, verat enim ante annum 18. votum fieri. Sed virum sequemur, maxima pars habet excusationem, cur Monasteria deferant, quia plurimi ante hanc etatem voderunt.

Postremò, etiam si voti violatio reprehendis posset, tamen non videatur statim sequi, quod conjugia talium personarum dissolvenda sint. Nam Augustinus negat debere dissoldi 27. quest. 1. cap. Nuptiarum, cu ms non est levis auctoritas, etiam si alii postea aliter senserunt. Quanquam autem mandatum Dei de conjugio videatur plerosque liberare à votis, tamen affertunt nostri & aliam rationem de ipsis, quod sunt irrita, quia omnis cultus DEI ab hominibus sine mandato DEI institutus & electus, ad promendam justificationem & gratiam,

impins est, sicut Christus ait: Frustra colam me mandatis hominum. Et Paulus ubiqꝫ docet, justitiam non esse quarendam ex nostris observationibus & cultibus, qui sunt excogitati ab hominibus. Sed consingere eam per fidem, credentibus se recipi in gratiam à Deo proprie Christum.

Constat autem, Monachos docuisse, quod factitia religiones satisficiant pro peccatis, mercantur gratiam & justificationem: Quid hoc est aliud quam de gloria Christi detrahere, & obscurare aut negare justitiam fidei? Sequitur igitur, ista vota usitata impios cultus fuisse, quare sunt irrita. Nam votum impium, & factum contra mandata Dei, non valet, neqꝫ enim debet votum dicendum esse iniquitatis: ut Canon dicit:

Paulus dicit : Evacuatis estis à Christo, qui in lege justificamini, à gratiâ excidistis. Ergo etiam, qui votis justificari volunt, evacuantur à Christo, & à gratiâ excidunt. Nam & hi, qui votis tribunt justificationem, tribunt propriis operibus hoc quod propriè ad gloriam Christi pertinet. Neq; vero negari potest, quin Monachi docuerint, se per vota & observationes suas justificari & mereri remissionem peccatorum, imò affinxerunt absurdiora, dixerunt se aliis mutuari sua opera. Hec si quis velit odiosè exaggerare, quam multa possit colligere, quorum jam ipsos Monachos pudet. Adhac persuaserunt hominibus, facticias religiones esse statum Christianæ perfectionis. An non est huc justificationem tri-
bue-

buere operibus? non est leve scandalum in Ecclesia populo proponere certum cultum ab hominibus excogitatum sine mandato Dei, & docere, quod talis cultus justificet homines? Quia justitia fidei, quam maxime oportet tradi in Ecclesia, obscuratur, cum illa minifica religiones Angelorum, simulatio paupertatis & humilitatis, & cælibatus offenduntur oculis hominum.

Praterè obscurantur præcepta DEI, & verus cultus Dei, cum audiunt homines, solos Monachos esse in statu perfectionis, quia perfectio Christiana est seriò timere Deum, & rursus concipere magnam fidem, & confidere proprie Christum, quod habemus DEUM placatum, petere à DEO, & certò expectare auxilium

in omnibus rebus gerendis, juxta vo-
cationem. Interim foris diligenter
facere bona opera, & servire vocatio-
ni. In his rebus est vera perfectio, &
verus cultus DEI, non est in cælibatu-
m ante mendicitate, aut veste fôrdida.
Verum populus concipit multas per-
niciosas opiniones ex illis falsis praco-
mmissis vita Monastica. Audit sine mo-
do laudari cælibatum, ideo cum offen-
ſione conscientie versatur in Coniuge-
gio. Audit soles mendicos esse perfe-
ctos, ideo cum offensione conscientia
retinet possessiones, negotiasur. An-
dit consilium Evangelicum eſſe de non
vindicando, ideo alii in privata vita
non verentur ulcisci, audiunt enim
consilium eſſe, non preceptum. Alii
omnes magistratus & civilia officia
judicant indigna eſſe Christianis.

Le-

Leguntur exempla hominum, qui de jecto Conjugio, deserit a re publica administratione, abdidetur se in Monasteria. Id vocabant fugere ex mundo, & querere vita genus, quod Deo magis placet, nec videbant Deo serviendum esse in illis mandatis, que ipse tradidit, non in mandatis, que sunt excogitata ab hominibus. Bonum & perfectum vita genus est, quod habet mandatum Dei. De his rebus necesse est admonere homines. Et ante hac tempora reprehendit Ger son errorum Monachorum de perfectione, & testatur, suis temporibus novam docem fuisse, quod vita Monastica sit status perfectionis.

Tam multa impia opiniones ha rent in votis, quod justificent, quod sint perfectio Christiana, quod for

surgent consilia & praecepta, quod ha-
beant opera supererogationis. Hac
omniꝫ, cūm sint falsa & inania, fa-
ciunt vota irrita.

De potestate Ecclesia- stica.

Magna disputationes fuerunt de
potestate Episcoporum in qui-
bus nonnulli incommodè commiscue-
runt potestatem Ecclesiasticam, &
potestatem gladii. Et ex hac confu-
sione maxima bella, maximi mores
extiterunt, dum Pontifices freli po-
testare clavium, non solum nros
culus instiuerunt, reservatione ~~cate~~
sum, violentis excommunicationi-
bus conscientias oneraverunt, sed eti-
am regna mundi transferre, & Im-
peratoribus admere imperium con-

ii suoi. Hac vita multò ante reprehenderunt in Ecclesia homines prius & eruditissimi. Itaq; nostri ad consolandas conscientias, coacti sunt ostendere discrimen Ecclesiasticae potestatis, & potestatis gladii, & docuerunt nostramq; propter mandatum DEI religiosè venerandam & honore afficiendam esse, tanquam summa DEI beneficia in terris.

Sic autem sentiunt, potestatem clavium, seu potestatem Episcoporum, juxta Evangelium, potestatem esse seu mandatum DEI, praedicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata, & administrandi Sacra menta. Nam cum hoc mandato Christus mittit Apostolos: Sic ut misit me Pater, ita & egomitto vos. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis

N^o 6

pec-

peccata remittuntur eis, & quorum
retinueritis peccata, retentia sunt,
Marc 16. Ite, prædicate Evangelium
omni creatura, &c.

Hæc potestas tantum exerceatur do-
cendo seu prædicando verbum, & por-
rigendo Sacra menta, vel multis vel
singulis juxta vocationem, quia con-
ceduntur non res corporales, sed res
eterna, justitia eterna, Spiritus san-
ctus, vita eterna. Hæc non possunt
contingere, nisi per ministerium ver-
bi & sacramentorum, sicut Paulus
dicit: Evangelium est potentia Dei,
ad salutem omni credenti. Itaq; cùm
potestas Ecclesiastica concedat res e-
ternas, & tantum exerceatur per mi-
nisterium verbi, non impedit Politicam
administrationem, sicut ars ca-
nendi nihil impedit Politicam admi-

nistrationem. Nam Politica administratio versatur circa alias res, quam Evangelium. Magistratus defendit non mentes, sed corpora & res corporales, aduersus manifestas injurias, & coerces homines gladio, & corporalibus pœnis, ut justitiam civilem, & pacem retineat.

Non igitur commiscenda sunt potestates, Ecclesiastica & civilis. Ecclesiastica suum mandatum habet, Evangelii docendi & administrandi Sacra menta, non irrumptat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abrogat leges Magistratum, non tollat legitimam obedientiam, non impedit judicia de ullis civilibus ordinationibus aut contractibus, non prescribat leges magistribus de forma Reipublicæ, sicut dicit Christus:

stus: Regnum meum non est de hoc mundo. Item: Quis constituit me iudicem aut divisorum super vos? Et Paulus ait, Philip. 3. Nostra Politia in cælis est, 2. Cor. 10. Arma militia nostre non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destruendas cogitationes, &c. Ad hunc modum discernunt nostri utriusq; potestatis officia, & jubenti utramque honore afficere & agnoscere, utramq; DEI donum & beneficium esse.

Si quam habent Episcopi potestatem gladii, hanc non habent Episcopi ex mandato Evangelii, sed jure humano donatam à Regibus & Imperatoribus, ad administrationem circulum suorum honorum. Hac interim alia functio est, quam ministerium Evangelii.

Cum

Cum igitur de ynradicione Episcoporum queritur, discerni debet imperium ab Ecclesiastica jurisdicione. Porro secundum Evangelium, seu ut loquuntur, de jure divino, nulla jurisdictionis competit Episcopis ut Episcopis, hoc est, his quibus est commissum ministerium verbi & Sacramentorum, nisi remittere peccata. Item, cognoscere doctrinam, & doctrinam ab Evangelio dissentientem rejicere, & impios quorum nota est impietas, excludere à communione Ecclesie, sine vi humana, sed verbo. His necessario & de jure divino, debent eis Ecclesia præstare obedientiam, iuxta illud: Qui vos audit, me audit.

Verum cum aliquid contra Evangelium docent aut statunt, tunc habent Ecclesia mandatum DEI, quod obe-

obedientiam prohibet, Matth. 7. Caudete à Pseudo Prophetis, Gal. 1. Si Angelus de cœ. o aliud Evangelium evangelizaverit, anathema sit, 2. Cor. 13. Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate. Item. Data est nobis potestas ad edificationem, non ad destructionem. Sic & Canones præcipiunt, 2. quest. 7. cap. Sacerdotes, & cap. Odes. Et Augustinus contra Petilianum epistolam inquit: Nec Catholicis Episcopis consentiendum est, si ubi forte falluntur, aut contra Canonicas DEI scripturas aliquid sentiant.

Si quam habent aliam potestatem vel jurisdictionem in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonii aut decimarum, &c. hanc habent humano jure: ubi cessantibus ordi-

na-

nariis, cognovimus Principes vel indi-
ti, suis subditis ius dicere, ut pax re-
sineatur.

Præter haec disputatur, utrum E-
piscopi seu Pastores habeant ius insti-
tuendi ceremonias in Ecclesia, & le-
ges de cibis, feriis, gradibus ministro-
rum, seu ordinibus, &c. condendi.

Hoc ius, qui tribunt Episcopis,
allegant testimonium: Adhuc multa
habeo vobis dicere, sed non potestis
portare modò. Cum autem venerit
ille Spiritus veritatis, docebit vos o-
mnem veritatem. Allegant etiam ex-
emplum apostolorum, qui prohibe-
runt abstinere à sanguine & suffoca-
to. Allegant, Sabbathum mutantum
in diem Dominicum contra Decalo-
gum, ut videtur. Nec ullum exem-
plum magis jactant, quam mutatio
Sab-

Subba i. Magnam contendunt Ec-
clesia potestatem esse, quod dispensa-
verit de precepto Decalogi.

Sed de hac quastione nostri sic do-
cent, quod Episcopi non habent pot-
estatem statuendi aliquid contra Eu-
angelium. ut suprà ostensum est.
Docent idem Canores 9. Dist. Porrò
contra Scripturam est, traditiones con-
dere aut exigere, ut per eam observa-
tionem satisficiamus pro peccatis,
aut mereamur gratiam & justitiam.
Lædiur enim gloria meriti Christi,
cum talibus observationibus conantur
mereri justificationem. Constat
autem propter hanc persuasionem,
in Ecclesia penè in infinitum creuisse
traditiones, oppressa interim doctrina
de fide & justitia fidei, quia sub-
inde, plures feria factæ sunt jejunia
indi-

indicta, ceremonia novæ, novi honores Sanctorum instituti sunt, quia arbitrabantur, se authores talium rerum his operibus mereri gratiam. Sic olim creverunt Canones pænitentialis, quotkno adhuc in satisfactionibus vestigia quadam videmus.

Nem, autores traditionum faciant contra mandatum DEI, cum collocant peccatum in cibis, in diebus & similiis rebus, & onerant Ecclesiam servitate legis, quasi oporteat apud Christianos ad promerendam justificationem culum esse similem Levitico, cuius ordinationem commiserit DEUS Apostolis & Episcopis, sic enim scribunt quidam: Et videntur Pontifices aliquâ ex parte exemplo legis Moysicae decepti esse. Hinc sunt illa onera, quod peccatum mortale sit, etiam sine

sine offensione aliorum , in ferus la-
borare manibus , quòd sit peccatum
mortale omittere horas Canonicas,
quòd certi cibi polluant conscientiam,
quòd jejunia sunt opera placantia
Deum , quòd peccatum in casu reser-
vato non possit remitti , nisi accesse-
rit autoritas reservantis , cùm qui-
dem ipsi Canones non de reservatio-
ne culpa , sed de reservatione pæna Ec-
clesistica loquuntur .

Unde habent jus Episcopij has tra-
ditiones imponendi Ecclesiis , ad illa-
queandas conscientias & Cum Petrus
vetet imponere jugum discipulis ,
cùm Paulus dicat , potestatem ipsis
datam esse ad adificationem , non ad
destructionem , cur igitur augent
peccata per has traditiones .

Verum extant clara testimonia ,
qua-

qua prohibent condere tales traditiones, ad promerendam gratiam, aut tanquam necessarias ad Salutem. Paulus Colos. 2. Nemo vos iudicet in cibo, potu, parte diei festi, novilunio aut Sabbatis. Item, Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo decreta facitis? non auingas, non gustes, non conrectes; qua omnia perirent usu, & sunt mandatae & determinatae hominum, qua habent specimen sapientie. Item, ad Tuum aperiè prohibet traditiones. Non attendentes Judæicis fabulis, & mandatis hominum aduersantium veritatem. Et Christus Matth. 15. inquit de his, qui exigunt traditiones: Sinite illos, cœci sunt, & duces cœcorum. Et improbat tales culius: Omnis plantatio, quam

quam non plantavit Pater mens cœlestis, eradicabitur.

Si jus habent Episcopi oneranda Ecclesias infinitis traditionibus, & illaqueandi conscientias, cur toties prohibet scriptura condere & audire traditiones? cur vocat eas doctrinas demoniorum: Num frustra hac præmonitio Spiritus sanctus? Relinquitur igitur, cum ordinationes instituta tanquam necessaria, aut cum opinione promerenda gratia, pugnent cum Evangelio, quod non liceat ullis Episcopis tales culius instituere aut exigere. Necesse est enim in Ecclesiis retineri doctrinam de libertate Christiana, quod non sit necessaria servitus legis ad justificationem sicut in Galatis scriptum est, Nolito item iugo servitutis subjici. Necesse est

est retineri praecipuum Evange.ii 10.
cum, quod gratiam per fidem in Christum
gratis con'equamur, non pro-
pter certas observations, ani pro-
pter cultus ab hominibus institutos.

Quid igitur sentiendum est de die
Dominico, & similibus ritibus tem-
plorum? Ad hæc respondent, quod li-
ceat Episcopis seu Pastoribus facere
ordinationes, ut res ordine gerantur
in Ecclesia, non ut per illas merea-
mur gratiam, ani satisfaciamus pro
peccatis, aut obligentur conscientia,
ut iudicent esse necessarios cultus, ac
sentiant se peccare, cum sine offensi-
one aliorum violant. Sic Paulus or-
dinat, ut in congregazione mulieres
velent capita, ut ordine addantur
in Ecclesia interpretes, &c.

Tales ordinationes convenit Ecclesias propter caritatem & tranquilitatem servare extensus, ne alius aliud offendat, ut ordine & sine tumultu omnia fiant in Ecclesiis. Verum ita, ne conscientia onerentur, ut ducant res esse necessarias ad salutem, ac judicent, se peccare, cum violant eas sine aliorum offensione, sicut nemo dixerit peccare mulierem, que in publicum non velato capite procedit, sine offensione hominum.

Talis est observatio diei Domini, Paschatis, Pentecostes, & similium feriarum & rituum. Nam qui judicant, Ecclesie autoritate pro Sabato institutionem esse diei Domini observationem, tanquam necessariam, longè errant. Scriptura abrogavit Sabbathum, qua docet omnes

ceter-

ceremonias Mosaicas, post revelationem
Evangelium omnes posse. Et tamen
quia opus erat constitutere certum
diem, ut sciret populus, quando con-
venire deberet, appareat Ecclesiam ei-
rei destinasse diem Dominicum, qui
ob hanc quoque causam videretur magis
placuisse, ut haberebat homines exem-
plum Christiana libertatis, & sci-
rent, nec Sabbati nec alterius diei
observationem necessariam esse.

Extant prodigiosae disputationes de
mutatione legis, de ceremoniis node
legis, de mutatione Sabbati, qua o-
mnes ortae sunt ex falsa persuasione,
quod oporteat in Ecclesia cultum esse
similem Levitico. Et quod Christus
commiserit Apostolis & Episcopis ex-
cogitare novas ceremonias, qua sint
ad salutem necessaria. Hi errores fer-
o pserunt

perunt in Ecclesiam, cum justitia fidei non satis clare doceretur. Aliqui disputant, diei Dominici observationem non quidem juris divini esse, sed quasi juris divini, prascribunt de feriis, quatenus liceat operari. Hujusmodi disputationes quid sunt aliud, nisi laquei conscientiarum? Quanquam enim conentur epukelzare traditiones, tamen nunquam potest aequitas deprehendi, donec manet opinio necessitatis, quam manere necesse est, ubi ignorantur justitia fidei & libertas Christiana.

Apostoli iusserunt abstinere à sanguine, quis nunc observat? neque tamen peccant, qui non observant, quia ne ipsi quidem Apostoli voluerunt onerare conscientias tali servitio, sed ad tempus prohibuerunt

pro-

propter scandalum. Est enim perpetua voluntas Evangelii consideranda in decreto. Vix ulli Canones servantur accurate, & multi quotidiè exolescunt apud illos etiam, qui diligenter accidit defendunt traditiones: Nec potest conscientius consuli, nisi hec equitas servetur, ut sciamus, eos sine opinione necessitatis servari, nec laeti conscientias, etiam si traditiones exolescant.

Facile autem possent Episcopi legittimam obedientiam retinere, si non urgerent servare traditiones, quae bona conscientia servari non possunt. Nunc imperant calibatum, nullos recipiunt, nisi jurent, se puram Evangelii doctrinam nolle docere. Non perunt Ecclesiae, ut Episcopi honoris sui jacturam sarciant concordiam,

quod tamen accebat bonos Pastores facere. Tamum perunt, ut injuria onera remittant, qua nostra sunt, & prater confuetudinem Ecclesie Catholica recepta. Fortassis initio quedam constitutiones habuerunt probabiles causas, que tamen posterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam, quasdam errore receptas esse, quare Pontificia clementia esset, illas nunc mitigare, quia talis mutatio non labefacit Ecclesia unitasem.

Multa enim traditiones humanae tempore mutatae sunt, ut ostendunt ipsi Canones. Quod si non potest impetrari, ut relaxentur observationes, que sine peccato non possunt prastari, oportet nos regulam Apostolicam sequi, que praecepit, Deo magis

magis obedire, quam hominibus. Petrus vetat Episcopos dominari, & Ecclesias imperare. Nunc non id agitur, dominatio eripiatur, ut passionantur Evangelium pure doceri, & relaxent paucas quasdam observationes, qua sine peccato servari non possunt.

Quod si nihil remiserint, ipsi viderint, quomodo Deo rationem reddituri sint, quod pertinaciâ suâ causam schismati præbent.

EPILOGUS.

Hi sunt præcipui articuli, qui videntur habere controversiam. Quanquam enim de pluribus abusibus diei

poterat , tamen , ut fugeremus prolixitatem, præcipua complexi sumus , ex quibus cætera facile judicari possunt . Magnæ querelæ fuerunt de indulgentiis de peregrinationibus , de abuso excommunicationis . Parochiæ multipliciter vexabantur per stationarios . Infinitæ contentiones erant Pastori- bus cum Monachis , de jure parochiali , de confessioni- bus , de sepulturis , de extra- ordinatiis concionibus , & de aliis innumerabilibus rebus . Hujusmodi negotia præter-

prætermisimus, ut illa , quæ
sunt in hac causa præcipua,
breviter proposita facilius
cognosci possent Neque
hic quicquam ad ullius con-
tumeliam dictum aut colle-
ctum est. Tantum ea reci-
tata sunt, quæ videbantur
necessariò dicenda esse, ut
intelligi possit in doctrina
ac ceremoniis, apud nos ni-
hil esse receptum contra
scripturam aut Ecclesiam
Catholicā quia manifestum
est nos diligentissimè cavil-
se, ne quæ nova & impia do-
gmata in Ecclesias nostras

Ierperent Hos articulos ſu-
prà ſcriptos, voluimus exhibe-
re juxta edictum C. M. in
quibus confessio noſtra ex-
taret, & eorum, qui apud nos
docent, doctrinæ ſumma
cerneretur.

Si quid in hac confessio-
ne deſiderabitur, parati ſu-
mus, latiorem informatio-
nem, DEO volente, juxta
ſcripturas exhibere.

Ceſarea Maſtatis. V.

Fideles & Subditi

JOHANNES Dux Saxonia Elector.
GLORGNIUS Marchio Brandenburg.

ERNE-

ERNESTUS Dux Lareburgenfis.

PHILIPPUS Landgravius Hesfor.

JOHANNES FRIDERICUS, DUX
Saxoniae.

FRANCISCUS Dux Luneburgensis.

WOLFGANGUS Princeps ab
Anhalt.

SENATUS Magistratusq; Noriberg.

SENATUS Reutlingenfis.

F I N I S.





BRESLÆ.



In Hæredum BAUMANNIANO-
RUM Typographia exprimebat Johan.
Günth. Ræterus, Factor,

1. & 2. 6.

B.W.V.R.

I.K.V.P.

Die Sabathi

Tu Trinitatis Unitas,
Orben potenter qui regis
Attende Landum cantica
goe corcinentes p. sallimus.
Jam lectulo consueto
Noctis quieto tempore,
It flagitemq; omnium
Atte medetam vulnerum.
Qoo fraude quicquid denorum
in noctibus deliquimus,
Abstergat illud coelitus,
Tua potestas gloria.

Re Corpus adsit fodiendum
ne torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Torpescat ardor spiritus.


Ab hoc Redemptor quiescimus
Repletum nos Lumine,
Per quod diebus circulat
Nullis tuamas astibus.

Geo PHRT SIGO
RFA. &c.

Das ist mein Trost, zu allen Zeiten
Siet und Traubsal, librealy das blieben
ist ein kleine Zeit soll müßigkeiten
und wort bedenken ist spornen sieher

George Villiers von frugster
und Korb doeff

¶ De Deo de permissione ipsius. de
filio dei & de fustitu de minis-
tris vero de fidice, de celi-
stis & hominibus



¶ Deo

¶ de misericordia honorum et
meritorum in solus.

¶ de captivis de causa
domini, de confessione

